

Digitized by the Internet Archive
in 2013

http://archive.org/details/espaasagradathea56flre

2 hojas 445 pags 2 hojas

REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA

# ESPAÑA SAGRADA

## TOMO LVI

## DE LA SANTA IGLESIA APOSTOLICA DE ELIBERRI (GRANADA)

FIN DE LOS ESCRITOS DE GREGORIO BÉTICO. CALENDARIO DE RECEMUNDO. CONCILIO DE ELVIRA Y OTROS ESCRITOS Y DOCUMENTOS INTERESANTES, INÉDITOS O CRÍTICAMENTE EDITADOS, POR EL

M. R. P. FRAY ANGEL CUSTODIO VEGA

DE LA ORDEN DE SAN AGUSTÍN, EX-PROVINCIAL DE LA PROVINCIA MATRITENSE, ACADÉMICO DE NÚMERO DE LA REAL DE LA HISTORIA

MADRID
IMPRENTA Y EDITORIAL MAESTRE
NORTE, 25 - TEL. 215620
1957

# ESPAÑA SAGRADA

## TOMO LVI

REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA

# ESPAÑA SAGRADA

## TOMO LVI

## DE LA SANTA IGLESIA APOSTOLICA DE ELIBERRI (GRANADA)

FIN DE LOS ESCRITOS DE GREGORIO BÉTICO. CALENDARIO DE RECEMUNDO. CONCILIO DE ELVIRA Y OTROS ESCRITOS Y DOCUMENTOS INTERESANTES, INÉDITOS O CRÍTICAMENTE EDITADOS, POR EL

M. R. P. FRAY ANGEL CUSTODIO VEGA

DE LA ORDEN DE SAN AGUSTÍN, EX-PROVINCIAL DE LA PROVINCIA MATRITENSE, ACADÉMICO DE NÚMERO DE LA REAL DE LA HISTORIA

MADRID
IMPRENTA Y EDITORIAL MAESTRE
NORTE, 25 - TEL. 215620
1957

# TRACTATUS DE ARCA NOE

## GREGORII ELIBERRITANI

# ADVERTENCIA PRELIMINAR

La obra de Gregorio de Elvira está muy lejos de hallarse ya completa, a pesar de lo mucho que se le ha vindicado. Aparte de su *Liber de fide*, de sus *Cinco Homilías* sobre el *Cantar de los Cantares*, de los *XX Tractatus in SS. Scripturam*, y de los nuevos vindicados a su favor con más o menos certeza, es lo cierto que escribió otros muchos *Tratados*, de los que testifica el mismo Gregorio de Elvira. En efecto, en el Tratado VI dice: *Scio quidem, dilectissimi fratres, me de hoc primogenito libro, idest Geneseos, frequentissime disputasse et pene omnes lectiones eius pro ut ratio permisit, aut mediocritas intellegentiae sinit, caritati vestrae disseruisee.* No creemos que esto se pueda referir a los veinte *Tratados* precedentes, que no tratan más que de algunos puntos escasos. En el Códice *Samuélico* Legionense, donde se halla el tratado *De Arca Noe*, se encuentra a renglón seguido este epígrafe y unos fragmentos casi ilegibles: *Item de eiusdem Senis Tractatibus in Genesim. Capra autem peccatorum hominum figuram in lege ostendit, etc.* Son quince líneas lo que que aparece; pero el título nos hace sospechar que se trataba de una verdadera colección de Homilías o *Tractatus* sobre el Génesis, mucho más amplia que la que hoy tenemos.

En el tratado X afirma también al principio: *Scio quidem, dilectissimi fratres, saepenumero de hoc Leviticorum libro me tractasse, et arduas pene et inextricabilas quaestiones, ut potui, et puto ut debui, caritati vestrae disseruisse.* Y sin embargo, solo este *Tratado* se ha conservado del Libro Levítico. Del Nuevo Testamento sólo nos queda otro único *Tratado*. Sólo un tratadito, sobre el Salmo 91, y nada sobre los libros Sapienciales. Con todo, por lo que se ve, Gregorio debió ser un *tratadista* infatigable toda su vida, antes y después de ser obispo.

La crítica le está aún vindicando hoy día nuevos Tratados; pero todos ellos no resultan más que migajas desperdigadas de su mesa espléndida. El P. Wilmart, que es uno de los que más han trabajado en favor de nuestro Gregorio de Elvira, a más de los *XX Tractatus in SS. Scripturam*, le ha vindicado con razones convincentes el fragmento o Tratado sobre el Salmo 91, y particularmente el completo y bellísimo titulado *De Arca Noe*. Este había sido incluído íntegro por Beato en su *Comentario al Apocalipsis*, y con mucha fidelidad por cierto. Los argumentos de crítica interna ponían fuera de duda su autenticidad elviriana. Pero, he aquí, que al ser examinado el célebre Códice *Samuélico* de la Catedral de León del 839, aparece íntegro y a la letra a nombre del conocido Orígenes o Adamanto el Viejo: *Adamantis senis*. Adamanto (Diamante) es el apelativo con que es conocido Orígenes en muchos de los Manuscritos latinos y aun griegos. Wilmart cita, entre otros, el ejemplar de sus Homilías, traducidas por Rufino y procedente de Bobio, que hoy se conserva en Turín con la signatura F. II. 17, siglo IX-X, f° 168, con este título: *Adamantis senis de graeco in latinum translatae omelias sive orationes n. XXV* (es decir, las Homilías sobre el *Libro de los Números*).

El título completo con que figura nuestro Tratado en el Códice Legionense es: *Incipit tractatus Adamantis senis de arca Noe*. Ahora bien: sabido es de todos que los *Tractatus* de Gregorio de Elvira figuran en los Manuscritos a nombre de Orígenes, y que con él son utilizados por San Isidoro de Sevilla y Beato.

Por lo que toca a los *Beatos* la tradición está constatada por numerosos Códices que oscilan entre los siglos IX y XII. Al comparar su texto con el *Legionense*, que pudiera considerarse como el original del Tratado, se advierte una muy pequeña diferencia de variantes, coincidiendo siempre el texto del *Legionense* con alguno o algunos de los Códices de Beato.

Sería desde luego exagerado afirmar que el *Legionense* nos ofrezca absolutamente puro e incorrupto el texto primitivo; pero el que sus lecturas coincidan en todo o en casi todo con las de los *Beatos*, es una garantía de su pureza sustancial y aun en muchos casos de la accidental. Por fortuna los errores de copia, tanto en el *Legionense* como en los *Beatos*, son perceptibles a simple vista y se les distingue inmediatamente de las lecciones auténticas.

Los contactos que ofrece este Tratado *De Arca Noe* con los demás escritos de Gregorio de Elvira son muchos y manifiestos. Véanse, entre otros, los que se refieren a la interpretación simbólica de la letra *Tau* (T), en nuestro Tratado y en el Tratado XIV (p. 149, ed. Vega).

Sed quid nunc meriti istius ratio significet, debemus ostendere: Cur trecenti potissimun eliguntur per quos innumeri hostes penitus vastarentur? *Trecenti enim apud Graecos tau littera signantur. Quae littera cum unam habeat apicem quasi arborem passionis erectam, alteram in capite quasi antemnam extemsam, crucis utique manifestum signum ostendit.* Et proinde Gedeon, qui figuram Domini nostri Iesu Xpisti induerat, hostes suos hoc numero vicit. Denique Moyses extensis manibus, signum crucis ostendit ut vinceret Amalec. (*Tractatus.*)

Mensura vero arcae *trecentorum cubitorum longitudo figuram dominicae crucis evidenter ostendit. Trecenti etenim apud Graecos tau littera signantur. Quae littera unam apicem quasi arborem erectam facit, alteram vero ut antemnam in capite extensam, crucis utique ambitum, demostra[ba]t: quo mysterio, et longitudo vitae credentibus datur, et latitudo terrae novae tribuitur, et altitudo caelestis regni praeparatur.* Quod quinquaginta erant cubita latitudinis eiusdem arcae, hoc significat quod Pentecosten, idest, quinquagesima die post passionem dominicae crucis, Spiritus sanctus descensurus esset per quem et spem salutis et caelestis regni gloriam consequi et obtinere possumus. Triginta vero cubitis arcae altitudo tricenariam aetatem Domini demonstrat. (*De Arca Noe.*)

Pero es que además hay tal conformidad de toda la fraseología de este Tratado con la empleada en las demás obras del Eliberritano, que ellas solas bastarían a engendrar una certeza crítica de la autenticidad de esta pieza, encantadora como todas las suyas. La crítica admite hoy, como ya indicamos, sin ninguna duda su autenticidad, y no es menester amontonar aquí pruebas sobre pruebas de nuevo, estando el trabajo del P. A. Wilmart al alcance de todos nuestros lectores en la *Revue Bénédictine*, años 1909 y 1912. Véase una lista de frases que se repiten mucho en todos los tratados del Eliberritano:

Typum perspicue indicabat p. 18.
Noe vero Christi figuran habuisse nulla est dubitatio, 19.
Venerandae, ut dixi, Ecclesiae, 32.
Scriptura divina (semper), 55.
Septem, ut dixi, Ecclesiae, 57.
Breviter adprobabo, 58.
Carismatum dona, 58.
Esayam vatem inclytum, 59.
Evidenter ostendit, 94.
Salvator noster ac Dominus, 104.
Ut saepe dixi, 129.
Imaginem perspicue indicasse, 129.
Hominis quem induit, 149.
Imago est, ut dixi, corporis Christi, 156.
Imaginem indicabat, 169.
Perspicue indicabat, 185.
Susceptum, ut dixi, hominem, 202.
Videtis ergo, dilectissimi fratres, 211.

Nuestro texto discrepa ligeramente de el del P. Wilmart, de 1909, que hemos corregido a vista del Códice *Legionense*, cuyo examen directo no ha modificado los resultados paleográficos obtenidos por aquél a base de fotografías. Para el texto del Beato, hemos utilizado la edición del Apocalipsis de Sanders, más reciente y completa, aunque no tan minuciosa y aquilatada como la obtenida por el sabio benedictino. Sabiendo el modo que tiene de copiar —y aun a veces de leer— nuestro Beato, muy arbitrario y original, y siempre libre, hemos dado la preferencia al texto del *Legionense*, siempre que hemos podido. Con todo, preciso es hacer una salvedad con esta pieza, respecto de las susodichas maneras y libertades de Beato, pues, como hemos dicho, el insigne comentarista liebanense la copió con mucha fidelidad y cuidado.

Añadamos, pues, con toda seguridad este *Tractatus* a los ya conocidos, a los que se van a sumar algunos más, que la crítica e investigación de nuestros días le ha vindicado.

# BIBLIOGRAFIA

D. A. WILMART, O. S. B., *Arca Noe*, artic. publicado en *Revue Bénédictine*, 1909, enero, nº 1º, pp. 1-13.

D. A. WILMART, O. S. B., *Un manuscrit du Tractatus du faux Origéne espagnol sur l'archa de Noé*, artic. en *Revue Bénédictine*, 1912, enero, nº 1º, pp. 47-60.

FLÓREZ, ENRIQUE, *Sancti Beati presbyteri Liebanensis in Apocalypsin*, etc., ed. Madrid, 1780.

DELISLE, *Mélanges de Paléografie et de Bibliografie*, París 1880, pp. 117-148.

SANDERS, HENRY A., *Beati in Apocalypsim libri duodecim*. Edited by Henry A. Sanders, American Academy in Roma, 1930.

RAMSAY, H. L., *The Manuscripte of the Commentary of Beatus of Liebana in the Apocalypse*. (Extrait de *Revue des Bibliothèques*, janr. 1902, pp. 5-31.)

RAMSAY, H. L., *Le Commentaire de l'Apocalypse par Beatus de Liébana*, en *Revue d'Histoire et de Litt. Religieuse*, VII, 1902, p. 428 y ss.

BLÁZQUEZ, ANTº, *Los Manuscritos de los Comentarios al Apocalipsis de S. Juan por San Beato de Liébana*, en *Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos*, X, abril-mayo 1906, pp. 257-273.

GARCÍA VILLADA, P. ZACARÍAS, *Historia Eclesiástica de España*, vol. I, parte 2ª, p. 68 ss.

## CODICES UTILIZADOS POR WILMART EN SU APARATO

**Cod. A.** = Proveniente de San Andrés de Arroyo, y utilizado por Flórez como base de su edición del *Beatus*, existente hoy en la B. N. de París, Nouv. acquisit. latins 2.290, f^os^ 50 *r*-52 *r*. Siglo XIII.

**Cod. B.** = British Museum, add. 11.695, f^os^ 79 *v*-82 *r*. Proveniente de Silos. Terminado en 1109.

**Cod. I.** = Biblioteca Nac. de Madrid, signatura B. 31, f^os^ 106 *v*-107 *v*. Proveniente de San Isidoro de León y fechado en el año de 1047.

**Cod. O.** = Biblioteca Real del Escorial, signatura &-II-5, f^os^ 54 *v*-57 *r*. Proveniente tal vez de Oviedo.

**Cod. R.** = Biblioteca del Palacio Real de Madrid, signatura 2-B-3, f^os^ 79 *r*-81 *r*, de procedencia desconocida, siglo XII.

**Cod. S.** = Biblioteca Nac. de París. Fondos latinos, n^o^ 8.878, folios 85 *v*-87 *r*. Proveniente de Saint-Sever en Gascogne, siglo XI.

**Edic. F.** = Edición Flórez, pp. 222-230, libro II, cap. III. (Edición rarísima y aún no superada en conjunto por la de Sanders, que dispuso de 23 mss. El doctor Anspach, que trabajaba en una nueva edición crítica, tenía anotadas muchas omisiones y malas traslaciones del citado autor americano).

## CODICES DEL BEATO, ED. SANDERS

### CON SU CORRESPONDENCIA CON LOS USADOS POR WILMART

#### 1ª CLASE

Y. = New York, Pierpont Morgan Library, 644, siglo X.
S. = Londres, British Museum, lat. 11.695, año de 1109. Procedente de Silos (Burgos). — B.
V. = Valladolid, Bibl. Provincial, fechado en 970.
N. = Seo de Urgel, Catedral, siglo XI.
M. = Madrid, Bibl. Nac. B, 31, fecha de 1047, Procedente de San Isidoro de León. — I.

#### 2ª CLASE

A. = Madrid, Arch. Hist. Nac. (hoy en la Biblioteca Nacional) del año 968-970.
B. = New York, Pierpon Morgan Library, 429, fechado en 1220 (procedente de Silos?).
G. = Gerona, Catedral, fechado en 975.
T. = Turín, Bibl. Naz. Codd. Latinos, 93, siglo XIII.
C. = Paris, Bibl. Nat. nouv. acquis. Lat. 2.290, siglo XIII. — A.
R. = Manchester, John Rylands Library, lat. 8, siglo XII.
D. = Madrid, Arch. Hist. Nac. fragm.
I. = Madrid, Palacio Real, 2-B-3, siglo XII. — R.

#### 3ª CLASE

N. = Madrid, Bibl. Nac. Hh. 58, siglos IX-X.
P. = Paris, Bibl. Nat. Lat. 8.878, siglo XI. Proveniente de Saint-Sever. — S.

H. = Madrid, Acad. de la Historia, 33, siglo X. Procedente de San Millán de la Cogolla.
E. = Escorial, Cod. &-II-5 del siglo XI. — O.
O. = Burgo de Osma, Catedral, de 1086.
F. = Berlín, Staatsbibl. Theol. Lat. 561, siglo XII.
Q. = Paris, Bibl. Nat. Lat. nouv. acquis. 1366, siglo XII.
L. = Lisboa, Torre do Tombo, de 1189.
*Roma.* = Bibl. Corsiniana, 369. Copia moderna.
*Roma.* = Bibl. Vatic. Lat. 7.621, de 1552.
*Escorial.* = Cod. I-F-7, siglos XII-XIII.

*Nota.* — El texto y el aparato crítico de la edición de Sanders es deficientísimo, por lo que hemos preferido para nuestra pieza al de Wilmart, teniendo en cuenta el Códice de León, y el mismo de Sanders. El criterio a seguir es bien claro y recto: Procediendo todos los Códices del *Beato* de un solo tipo, y conservando un apógrafo independiente, cuando alguno o algunos de los Códices del *Beato* coincidan con el *Legionensis*, hemos de dar por buena esta lección, o al menos por anterior a Beato. Cuando totalmente discrepan entre sí, si el *Legionensis* hace buen sentido debe ser preferido, pues sabido es que Beato no fué siempre fiel en la copia, aunque en este tratado parece haberlo sido.

# TRACTATUS ADAMANTIS SENIS DE ARCA NOE

## [SIVE GREGORII ELIBERRITANI]

Et dixit Dominus ad Noe: Tempus omnium hominum [iam] venit ante me, quia repleta est terra malitia eorum. Et ecce disperdo eos, et terram omnem. Fac itaque tibi arcam de lignis quadratis, [nidos] et nidos facies et bituminabis eam.

Si arcae istius fabricam, per quam iustus homo Noe naufragium mundi meruit evadere, diligenti cura et sollicita animadversione velimus inspicere, proculdubio magnum sacramentum spiritalis gratiae in ipsis mensuris et coniunctionibus inveniemus esse dispositum. Sic enim ait: *Facies arcam trecentorum cubitorum longitudinem, et quinquaginta cubitorum latitudinem, et triginta cubitorum altitudinem. Collectam facies arcam et in cubito consummabis eam desuper. Et ostium facies de latus, [deorsum] et bicameratam et tricameratam facies eam, et reliqua.*

---

1 *Tract.* VI; éd. Batiffol, p. 57, 3-4. Sic in Codice cathedralis legionensis. *In Beato:* Interpretatio: Qualiter una ecclesia sit, cum septem dicantur appertissime per arcam Noe declaratur. *Sic BIR cf. infr. 37 ss., et item O om.* apertissime, *etc.*; INCIPIT EXPOSITIO SEPTEM ECCLESIARVM QVALITER EX SEPTEM NOMINANTVR SPECIALITER ET PER ARCHAM NOE DECLARANTVR *habet A*; *ex quo:* INCIPIT E. S. ECCLESIARVM: QVALITER ET S. N. SPIRITVALITER P. ARCAM N. DECLARATVR *finxit F*; *S iam deficit et deinceps.* — 2-5 *cf.* GEN. VI, 13-14.— 2 omnium, *om. RA.* — 2 iam, *om. L.* — 4 omnem terram, *AF.* — 4 nidos *om. L.* — 6 *cf.* GEN. VI, 9. — 7 solicita *AF.*—8 spiritualis *AF et infra.* spirituali, *B* spritali, *L.* — 8 gratia *BI et L.* — 9 invenimus, *RA.* — 9 invenimus, *L cum BRO.* — 10-14 cf. GEN. ib. 15-16. — 10 longitudinem... latitudinem... altitudinem, *sic codd.*; longitudine, etc. *corr. F.* — 11 et trig. cub. altitudinem, *om. IROA* (*sed cf. infr.* 18, 9-13). — 12 cubitum, *L.* — 13 delatus, *sic BOA* (de latere, *F*); de latus *L.* — 13 deorsum *om. L et IROA.*

Haec itaque arcae fabrica Ecclesiae nostrae typum perspicue indicabat. Noe vero Christi figuram habuisse nulla est dubitatio, quippe qui ex hebraeo in latino sermone Noe requies appellatur, sicut et pater ipsius Lamech, cum nomen ei imponeret prophetavit. Hic ait: *Faciet nos requiescere ab operibus nostris et moeroribus manuum nostrarum a terra quam execratus est Dominus.* Ut ergo Noe in omni terra solus iustus inventus est, et cunctis in cataclysmo aquae pereuntibus ipse solus cum domo sua salvatus est, quia solus Deum sibi bene vivendo fecerat pium, quem contrario actu mundus iratum; sic et cum venerit Dominus iudicare saeculum in flamma ignis, tunc malis hominum ac refugarum angelorum cunctisque mundi sceleribus daturus est finem; sanctis vero solis requiem in regno futuri aevi praebiturus. Nam arca haec, quae de lignis imputribilibus constructa est, venerandae, ut dixi, Ecclesiae fabricam indicabat, quae semper est cum Christo mansura.

Septem autem animae, quae Noe sancto et iusto donantur, septem Ecclesiarum typum habuisse noscuntur; quae per Christum excidium iudicialis incendii sunt evasurae, et in nova terra cum Christo sunt regnaturae. Sed fortassis aliquem moveat, cur septem dicantur Ecclesiae, cum una sit in universo orbe diffusa. Septem itaque Ecclesiae, propter septenarium spiritum, cum sit una, pluraliter nominantur. Sicut enim corpus unum est et septem sunt membra et septem membrorum officia, idest, caput, manus, pedes, visus, auditus, gustus, odoratus; ita et unum est corpus Ecclesiae, sed septiformis

---

1 tipum, *codds.*, *et infra* prespicue, *L* (*item BIO*) *atque infra 16, 3 y 17, 26.*— 1-2 indicabit, *L cum IRO* et *F.* - - 3 in *om. L, fort. rectius.* — 4 Lamec, *F.* — 5 Hic *sic enim*, *AF.* — 5 operibus nostris, *L cum BR* (*sic in LXX*, *ad* Gen. *V*, *29.* — 5-7 *cf.* GEN. V, 29. — 6 a, *BOA.*, *om. I*, in, *RF post* iustus *add.* in terra *iter. L sine sensu.* — 7 *cf.* GEN. VI, 8, 11: VII, I. — 7 cataclismo, *codd. et infra.*—7 *cf.* GEN. VII; 23; HEB. XI.—9 e contrario, *BIO.*— 9 *s. cf.* Mat. XXIV, 37-39: omnibus *codd.* hom. *coni.* — 12-13 aevi praeviturus] et ii profuturus, *L.* — 14 fabricam Ecclesiae, *RAF.*—16 autem, *sol. in L, sed optime; cf.* I PETR. III, 20; *cf.* APOC. I, 4, II,—18 *cf.* II PETR. III. 7.—18 evassurae, *F*; et in novam terram, *L.* — 19 dicantur *B.* — 20 *cf.* Is. XI, 2. — 21 *cf.* I COR XII, 12. — 22 Et septem sunt, etc., *hic incipit S.* — 22 *cf.* COR. XII, 15-17. membra et, *L*; membra vel, *codds.* — 24 *cf.* I COR. XII. 12, 25, etc. COL. I. 13: pedes manus, *L.*

carismatum gratia. Sed, et septem oculi Domini, septem stellae in dextera sedentis in throno, septem candelabra aurea, septem lucernae in tabernaculo Domini, septem angeli, septem tubae, septem phialae, septem mulieres adprehendentes hominem unum, id est, virtutes Ecclesiae Christum tenentes; et septem columnae apud Salomonem, quibus domus Ecclesiae fulcitur atque erigitur. Sed et Iohannes beatus apostolus ad septem Ecclesias scribit; et Paulus aeque venerabilis apostolus ad septem similiter Ecclesias epistolas dedit, ad reliquas autem nominatim scripsit, ne numerum septem Ecclesiarum excederet: nam et septem panes in Evangelio, et septem sportae plenae fragmentorum superantes, septiformis Ecclesiae imaginem indicabant. Et ideo ait scriptura divina: *Introivit Noe in arcam et septem animae cum eo.*

Septem istae animae, septem, ut dixi, Ecclesias indicabant: in unaquaque Ecclesia septem Ecclesias esse breviter adprobabo. Septem enim sunt carismatum dona, ut per Esaiam vatem inclytum Dominus manifestare dignatus est: *Et requiescet*, ait, *super eum Spiritus sapientiae, Spiritus intellegentiae, consilii, virtutis, agnitionis, pietatis; Spiritus timoris Dei.* Quae omnia omnes habere non possumus, sed singuli singula habemus. Omnia vero solus Christus Dominus habet, qui corpus est integrum; in nobis vero singula, qui deputamur in membris. Quicumque igitur ex numero fratrum in una et in eadem Ecclesia consistentium habuerint Spiritum sapientiae, hi omnes, habentes unum carisma, unam Ecclesiam faciunt. Ecclesia etenim con-

---

1 Sed et, *F et L, optime. cf.* ZACH. IV, 10; APOC. V. 6. — 2 *cf.* APOC. I, 16; II, I; *cf.* APOC. IV, 9, 10, etc. — 2 trono, *codd.* — 3 *cf.* APOC. I. 12; *cf.* Ex. XXV, 37; XXXVII, 23. — 1-4 et, et... et *om. L et SIO.* —3 *cf.* APOC. VIII, 6; XV, 7; fialae, *codd.* (A. *exc.*) — 4 et (sept. mul.) *praem. AF.* — 5 *cf.* Is. IV, I. — 5 *cf.* PROV. IX, I. — 6 *cf.* APOC. I, 4, II. — 5 Christum... Ecclesiae, *omit. L, ex homoeoteleuto trans. de verbo ad verb.* — 7 ad sep. *codd., om. L.* — 10 *cf.* MARC. VIII, 4, 5, 8. — 12 *s. cf.* GEN. VII, 7, 13; MAT. XXIV, 38; I PETR. III, 20: ait, *sic BI* (ideo ait, *cet.*).—10-11 fraumentorum *L;* Fraucm. *O.* —11-12 ideo ait, *L et SROA* ideo...-Introivit. ait, Noe in Arcam, *ceteri codd.* ait... ait *B, om. VCN PER.*— 12 arcam, *OF cum L.* — 14 unaqueque, *BS I*[1]. — 14 ecclesia... breviter, *om. A (O).* — 15 Ysaiam, *A;* Isaiam, *F (et infra).* — 15 vatem virtutem, O; virtute, S.— 16 Is. XI, 2. — 16 requiescit, *sic BSI;* requiescet, *cet.* — 16 ait, *om. SR.* — 18 Dei, *sic BSR;* Domini, *cet. F.* — 22 hii, *codd., et infra.* —23 etenim, *L cum BIO;* enim, *cet. et F.*

gregatio sanctorum interpretatur. Denique beatus apostolus Paulus cum ad Ecclesiam scriberet, quid esset Ecclesia addidit, dicens: *Sanctis et fidelibus*. Ac per hoc quicumque fratres sancti et fideles habuerint Spiritum intellegentiae, alteram Ecclesiam quasi alteram classem faciunt. Simili quoque ratione, quicumque habuerint Spiritum consilii, tertiam classem quasi tertiam Ecclesiam faciunt. Et quos Spiritus virtutis suppleverit, hi in quarta Ecclesia numerantur. Pari modo et quos Spiritus agnitionis inundaverit, in quinta Ecclesia depuntantur. Sic et quos Spiritus pietatis adunaverit, sextae Ecclesiae numerum ostendunt. Et quos Spiritus timoris Dei coniunxerit, hi ad septimam Ecclesiam referuntur. Cum enim separati sumus, singuli singula carismata habemus; cum autem in unum convenimus, omnes unam et integram et perfectam septiformem Ecclesiam, quae Christi corpus est, facimus. Hae sunt septem animae, quae Noe, qui Christi imaginem portendebat, in excidio aquae donatae sunt. Per aquam enim <sicut> iusti salvantur, ita peccatores et impii puniuntur: sicuti septem istae Ecclesiae in finem saeculi, pereuntibus cunctis nationibus, per Christum sunt ab ignis, ut iam dixi, cataclysmo liberandae, et caelestis regni gloriam percepturae. Quia sicuti nullus cataclysmum aquae potuit evadere, nisi qui in Arca est reservatus, sic et nemo in die divini iudicii poterit effugere, nisi quem Ecclesiae catholicae Arca tutaverit.

Quod autem bicamerata et tricamerata arca fuisset referatur, mansionum loca et habitationum qualitates, quae sanctis in regno Dei sunt praeparatae, evidenter ostendit. In una etenim camera, paradisi figura est; in altera, terrae novae, ubi Ierusalem caelestis est descensura, ut fiat in ea, sicut scriptum est, habitatio Dei cum hominibus. De qua terra beatus Iohannes ait: *Et vidi*, ait, *caelum novum et terram*

---

2 *cf.* COLOSS. I, 2; EPHES. I, I. — 3 fratres sancti *L;* sancti fratres *cet.* — 4 Spiritum, *codd.;* Xpum, *L.* —7 suppleverit, *codd.*; *fort.* inplev.—11 enim, *om. IRA.* — 14 haec, *BS.*— 15 praetendebat, *L cum BIRAO*; *cf.* II PETR. III, 6; cf. I PETR. III, 20.—16 ut, *om. RAF;* sicut, *cet.* Sicuti, *L. S.*—17 in finem, *L*; in fine, *ceteri.* — 17 perueuntis, IOA. — 19 sicuti, *L*; sicut, *cet. codd.* — 21 in diem, *BSI.* — 24 *cf.* IOA. XIV. 2; MAT. XXV, 34. — 25 evidenter ostendit, *om. AF.*— 26 *s. cf.* APOC. XXI, 3. — 28 terra, *om. F.*

*novam, et civitatem Ierusalem caelestem, descendentem de caelo, in terram novam.* Et Esaias: *Sicut caelum novum et terram novam, quam ego facio perseverare in conspectu meo, sic perseverabit semen vestrum, et nomen vestrum, dicit Dominus omnipotens.* In tertia camera, caelorum regnum.

Inde est quod et Salvator noster ac Dominus in Evangelio dicebat: *Multae sunt mansiones apud Patrem meum qui est in caelo.* Sic autem de caelorum regno scriptum est: *Beati qui persecutionen patiuntur propter iustitiam, quia ipsorum est regnum caelorum.* De paradisi autem mansione, ipse itaque Dominus probat, cum dicit: *Vincenti*, ait, *dabo de ligno vitae, quod est in paradiso Dei mei.* Terrae autem novae mansionem, similiter manifestat, cum dicit: *Beati mansueti, quia ipsi possidebunt terram.* Sed et Salomon: *Sancti,* ait, *relinquentur super terram, impii autem expellentur ab ea.* Harum itaque trium mansionum qualitates rursus idem beatus Esaias meminit dicens: *Sustinentes Dominum, mutabunt virtutem, pennigerabunt tamquam aquilae, current et non fatigabuntur, ambulabunt et non esurient.* Volabunt utique in caelum, sicut aquilae pennigerantes; current in paradisum, et non fatigabuntur; ambulabunt in terram novam, et non esurient, quia escam illic a Deo praeparatam accipient. Hanc itaque tripertitam rationem mansionum sanctorum, etiam et apostolis suis in Evangelio Dominus per parabolam manifestare dignatus est, dicens: *Semen quod cecidit in terram bonam faciet,* ait, *fructum centesimum.* Centesimum itaque fructum facient, qui in caelum habitationes accipiunt; sexagesimum, qui in paradiso habitare merentur; tricesimum,

---

1-2 *cf.* APOC. XXI, I, 2, 10. — 2-4 *cf.* Is. LXVI, 22.— 4-5 regnum caelorum, *I.* — 7 s. *cf.* IOA. XIV, 2, habitationes *codd.* mansiones *L* — 9 *s. cf.* MAT. V, 10. — 9 quia] quoniam, *IA.* — 10 itaque, *codd. et L.* ita *F*, utique *coni. Wilmart.* — 10 *s. cf.* APOC. II, 7. — 11 dabo edere, *SAF.* — 11 *s. cf.* MAT. V, 4. — 12 *s. cf.* PROV II, 21, 22. — 13 ait Sancti, *SAF.* — 14 expellentur *L et SRAF.* expelluntur, *cet. et Wilmart.* — 15 qualitates, *L cum SO;* qualiter, *BIRA;* pariter, *F.* — 17 Is. XL, 31. — 16 virtutem, fortitudinem, *F.* — 16 pennigerabunt *vel* pin. *codd. et infra* (*exc. A*, pugnabunt). — 17 esuriunt, *BS.* — 18 utique, *O;* itaque, *BSIR;* inquam, *A.* — 18 pennigerantes pugnantes, *A.* — 22 manifestasse, *BSTRO.* — 22 *s. cf.* MAT. XIII, 8, 23. —23 cecidit] dicit, *BI.*— 24 aque + fructum IOA; itaque fructum, *L et IOA* et *B.*

qui in terram novam futuri sunt. Unde iam planum vobis esse debet arcam istam tricameratam, Ecclesiae, ut saepe dixi, catholicae imaginem perspicue indicasse, cuius tripertita habitacula, idest caeli paradisi et terrae novae, etiam a Domino mostrantur.

Verum, quod dicit, sic arcae ipsius fabricam fuisse dispositam, ut latior fuerit in primo, unde sumpsit exordium, in medio angustior, et tertio per quattuor angulos collecta, usque *ad unum cubitum*, coartante mensura, sit consummata, unam habens fenestram de latus, hoc utique significabat, quod in prima parte fabricae, idest, in prima vocatione, sanctorum latior licentia et remissior disciplina omnium patrum et patriarcharum propter generandam sobolem filiorum esset indulta; et quod permittendum esset eis plura licite facere et liberius gerere quae vellent, ideo maior et spatiosior pars arcae fabricatur in primis. Media vero in angustiori mensura redditur, quia mediis temporibus per legem Moysi et prophetas in angustiori et breviori spatio praeceptis constringentibus populus redigendus erat. Tertia vero camera per angulos collecta et in unum cubitum consummata, hoc significabat quod per quattuor angulos, idest quattuor Evangelia, omnis esset Ecclesiae fabrica coartanda; quia *arta*, ait, *et angusta via est, quae ducit ad vitam;* et usque ad unum cubitum, idest usque ad mensuram suscepti hominis, quem induit Dominus, omnis esset compago Ecclesiae redigenda. Denique nemo ad fastigium perfectae virtutis et gloriae pervenire potest, nisi per angustias tribulationum et persecutionum pressuras, quas et in passione sua pertulit Dominus, sicut scriptum est: *Oportet vos per multas tribulationes introire in regnum Dei.* Sed quod dicit: «in cubito consummabis eam», cubitum hoc unum, imago est, ut dixi, corporis Christi; qui cubitus ad unita-

---

1 planum vobis, *L*; nobis planum *codd.* vobis *P.* — 4 etiam, *coni.*; retro olim, *coni. W*, cf. TRACT. ORIG. 96, 16: aliam, *BSIRO*, alium, *AF.* — 4 monstrabatur *omnes et F, correxi.* — 7-8 quoartate, *BIR*; coartatae, *F* (*et infra*) quoartante mensura, *L.* — 8 delatus, *L et BS*[1] I; in latus, *A*; in latere, *R*; de latere *OF.* — 9-10 vocatione, *Wilmart*; vacatione *L et S;* vagatione, *ROAF*; fatigatione, *BI.* — 11 subolem, *BI.* — 17 cubitum, *om. BIR.* — 18-19 omnis] hominis, *IR*[1]. — 19 *s. cf.* MAT. VII, 14. — 19 arta *sic omnes*; arcta, *F.* — 21 esset] sed, *L.* — 21 omnis] hominis, *I.* — 23 et gloriae] ecclesiae, *SO.* — 25 *s. cf.* ACT. XIV, 21. — 25 nos, *BA.* — 26-27 cubitus hic unus, *A.* — 27 qui cubitus, *sic omn.*

tem perfecti viri, cuius nos membra sumus, non ad mensuram status hominis pertinere videtur: *Omnes enim unum sumus in Christo Ihesu.* Ideo in unum cubitum arcae fabrica consummatur, quia in uno Christi corpore et in gratia passionum eius omnis plenitudo erat Ecclesiae conligenda.

Nam quod corvum, dicit, de arca emissum, non fuisse ultra reversum, hoc ostendebat: impuras voluptates hominum de Ecclesia expellendas et non esse ulterius reversuras. Corvus enim subdolae et impurae animae significabat voluptates; et nigri coloris infamia, pecca torum iniusta vitia demonstrabat. Columba vero quae emissa est, cum requiem non invenisset in saeculo, rursus in arcam reversa [est], sancti Spiritus imaginem indicabat; qui, cum fuisset a Domino in toto orbe diffusus et prae iniquitate saeculi requiem apud omnes homines reperire non potuisset, rursus esset in arcam Ecclesiae revocandus; sicut ipse Dominus in Evangelio apostolos suos instruit, dicens: *Ad quamcumque domum vel civitatem veneritis, dicite: Pax huic domui. Si fuerit*, ait, *illic filius pacis, veniet pax vestra super eum: si autem non fuerit illic filius pacis, pax vestra revertetur ad vos.* Proinde Spiritus sanctus, cum adhuc super gentes requiem non invenisset, quia necdum in Christo crediderant, reversus est in arcam Ecclesiae apostolorum, donec sublatis iniquitatibus peccatorum, cresceret in cunctis nationibus fidei disciplina, quemadmodum sanctum Spiritum accipere mererentur. Denique subiunxit Sriptura: *Et iterum dimisit Noe columbam de arca, et reversa est columba ad eum sub vesperа, habens ramum olivae in ore suo.* Quod ergo ramum olivae adtulit, testimonium pacis et resurrectionis perspicue indicabat, eo quod lignum passionis in ore suo praedicans ac perferens pinguem

---

1 *cf.* EPHES. IV, 13. — 1 *cf.* EPHES. V, 30. — 2 *cf.* EPHES, IV, 13.—2 *s. cf.* GAL. III, 28; ROM. XII, 5. — 4 *cf.* GEN. VIII, 6-7: ultra *om. L.* — 7 impuras volumtates, *L.* — 8 subdoli, *L et BIA;* subdolus, *S.* — 9 nigro B. — 9 volumtates, *L;* significat, *L cum IO.* significabat, *cet. codd.* cf. GEN. VIII, 8-9. — 11 arca, *IA cum L.* — 12 a Domino, *add. LS, om. cet.* — 13 prae, *IRSA.* — 14-18 *cf.* LUC. X, 5-6; MAT. X, II, 13. — 15 ipso, *cod. et W.;* ipse. *L, ISA.*—16 quemcumque, *BO.* — 17 si aut., *L cum IRO;* sin aut. *cet. codd. et W.*—20 arca *L et BIO.* — 22-23 sanctum spiritum *L et RSAF*, sp. sanc. *cet.* — 24 Noe *add. L, om. cet. cf.* GEN. VIII, 10-11. — 25-26 olivae, *L et RSA*; oleae *cet.* — 27 in *add. L et O; om. cet.* — 27 perferens, *L*; praeferens, *cet.*

gratiam carismatis tribuere haberet; sub vespera autem, quod in finem saeculi advenire haberet.

Mensura vero arcae trecentorum cubitorum longitudo figuram dominicae crucis evidenter ostendit: trecenti etenim apud Graecos *tau* littera signantur, quae littera unam apicem quasi arborem erectam facit, alteram vero ut antemnam in capite extensam, crucis utique ambitum demonstrabat: quo mysterio, et longitudo vitae credentibus datur et latitudo terrae novae tribuitur et altitudo caelestis regni praeparatur. Quod quinquaginta autem erant cubita latitúdinis eiusdem arcae, hoc significabat, quod Pentecosten, idest quinquagesima die post passionem dominicae crucis, Spiritus sanctus descensurus esset, per quem et spem salutis et caelestis regni gloriam consequi et obtinere possumus. Triginta vero cubitis altitudo arcae tricenariam aetatem Domini demonstrat, quia hominem quem induit per officium Iohannis in Iordane baptizavit: triginta etenim annorum erat, ut evangelista testatur, cum per aquam baptismatis, susceptum, ut dixi, hominem donis caelestibus inlustraret. Est ergo altitudo in mensura aetatis corporis Christi, sicuti beatus Paulus apostolus ait: *Donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionem filii Dei in virum perfectum in mensura aetatis plenitudinis Christi, ut iam non simus parvuli.* Longitudo autem in passionem dominicae crucis, <qua> trecenti signantur; latitudo in diem Pentecosten, quo sanctus Spiritus super credentes advenit.

Videtis ergo, dilectissimi fratres, omnem arcae istius fabricam in

---

1 carismatum, *F.* — 5 Littera unam, *L cum SDF*; litterarum, *BIR*; littarum, *A*; littera, *OSF.* — 5 unam, *L et BO.* — 6 alteram, *BSA et L.* (O).—7 habitum, *AF;* abitum, *B*; ambitum, *R*; ambitu, *IO*; abita, *S.* —7-8 vitae... latitudo, *om. A.* — vita, *BSI.* — 8 altitudo] latitudo, *ROA.* — 9 quod, *om. BSO.* (*R*); quoniam, *I.* — 9 quinquaginta autem *L et BSO B.* — 9 erant, *om. BIO* (*R*). — 9 cubita, *BSI.* — 10 Pentecoste, *F.* — 11 *cf.* ACT. II, 1-2. — 13 altitudo arcae *L et SO*, — 13 altitudo] latitudo, *F.* — 14 demonstrat, L; manifestat, *codd.* — 14 quia, *sic codd.*; qua *F.* — 15 *cf.* LUC. III, 23. — 15 erat annorum *I.* —18 *cf* EPHES. IV, 12. — 18 sicuti, b. P. ap. *L et BRO.* — 20 *cf.* EPHES. IV, 13 14.—20 curramus, *IA.* — 21 passionem, *L et BIA;* qua *supplevi.* — 22 diem, *L cum B;* in die *cet. codd.* — 22 quod *BSIRO et L.* — 23 credentes, *sic F* (*et add.* in fide); trecenti, *codd. et L.* Pentecostes, *F.* — 24 istius arcae, *AF.*

sacramento venerandae Ecclesiae fuisse praemissam, et non posse aliter hominem nisi per Ecclesiam de excidio totius orbis evadere, sicuti et in cataclysmo mundi nemo remansit nisi quot arca incluserat. Et proinde laborandum nobis est ut Deum et Dominum nostrum toto corde rogemus ut in Ecclesia Dei catholica fideles in Domino permanere mereamur. Tunc enim subsequentur praemia, si cum omni pacis et concordiae foedere, evangelicae fuerint a nobis institutionis iura servata, ut vere felices ante conspectum Dei Patris omnipotentis esse possimus. Amen.

---

2 homines, *SROF.* — 3-4 sicuti, *L;* sicut, *codd.*—3 quos, *codd. Beati*; quod, *L;* quot, *coni.* — 3-4 clauserat, *A.*—5 in ecclesiam Dei catholicam, *B.*—9 possimus EXPLICIT AECCLESIAS, *S;* FINIT DE ARCHA NOHE, *I;* EXPLICIT LIBER TERCIVS, etc., *R;* EXPLICIT PRAEFATIO, *O.* — 9 Possimus + Amen *L.*

# EXPOSITIO ORIGENIS

DE

# PSALMO NONAGESIMO PRIMO

# ADVERTENCIA

En 1909 publicó en la *Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos*, de Madrid, una amplia descripción del Códice Escurialense a-II-3, el P. Guillermo Antolín, O. S. A., en la que incluía algunos fragmentos y escritos breves, que a su juicio no estaban publicados. Entre ellos, un breve comentario al salmo noventa y uno a nombre de Orígenes, según rezaba el título. Para estas fechas el P. Andrés Wilmart, O. S. B., que había publicado y vindicado para nuestro Gregorio Eliberritano numerosos Tratados, se hallaba magníficamente preparado para sorprender cualquier escrito de nuestro autor, apareciese con el nombre que apareciere, máxime si era con el de Orígenes o Adimanto, bajo el cual había hallado la mayor parte de aquéllos. La sola lectura del citado comentario le dió la impresión cierta de que era un escrito del Eliberritano, y de los que no admitían la menor duda. No se dió gran prisa sin embargo el citado Padre a publicar su vindicación gregoriana, por cuanto hasta 1912 no vió la luz pública en la *Revue Bénédictine*, y no porque no estuviera plenamente seguro de su atribución, pues el trabajo allí publicado es tan exhaustivo, que no deja lugar a la menor duda.

La cita que hace el Glosario de Ansileubo del comienzo de este Comentario, a nombre de Orígenes, indica que tuvo alguna difusión, al propio tiempo que revela la corrupción o mala lectura del texto, mala lectura más que corrupción en ambos. Así Ansileubo lee *amoenum canticum* por *tamennon canticum; continet* por *concinet;* en cambio lee bien *psalente spiritu* por *psalentes spiritu* del Cod. Esc. La semejanza de texto con otros escritos ha permitido también corregir alguna que otra omisión del Cod. escurialense. Tal sucede

con el siguiente caso, en el que el texto del Epitalamio está tan concorde con el de nuestro Tratado, que parece uno copia del otro. Dicen así uno y otro:

| *Epithalamium* | *Tractatus* |
|---|---|
| *Priscae legis reges et sacerdotes qui ex cornu crismatis ungebantur Christi dicebantur in lege, eo quod similitudinem unctionis crismatis*, non tamen ipsam perfectionem, acciperent... Ct. I. | Scio quidem cornu esse, quo retró olim apud maiores nostros *sacrum conficiebatur unguentum, ex quo ungebantur <reges> et sacerdotes, qui Christi dicebantur in lege, quia ex cornu crismatis ungebantur...* |

No es menester insistir sobre las pruebas de crítica interna, que ponen fuera de toda duda la paternidad elviriana de este tratado, y que puede verlas el curioso lector en el citado trabajo del P. A. Wilmart, en *Revue Bénédictine*, julio 1912, pp. 274-293.

El Padre Wilmart da a este breve comentario el título de fragmentos del Ps. Orígenes sobre el Salmo XCI: *Fragments du Ps-Origène sur la Psaume XCI dans une collection espagnole*. Mas conviene explicar un poco el sentido de la palabra «fragments», para no inducir a error a los lectores. Es cierto que el Ps. Orígenes no comentó más que el principio y el fin del Salmo. Si se quiere, en este supuesto, decir que es «framentario» este Tratado, pase la palabra. Pero es evidente que ni el P. Wilmart, ni el significado obvio del término «fragmento» indican esto, es decir, exposición incompleta; sino trozos salvados de un todo que se ha perdido. Y realmente nuestro breve tratado, según nuestro modo de ver, no representa esto. Quien conozca los procedimientos de Gregorio de Elvira como exégeta, no extrañará estas anomalías en sus exposiciones y tratados. Nuestro autor, fuera del *Cantar de los Cantares* —y aun en éstos se advierte en parte este mismo proceder— en los demás tratados sobre la Escritura no procede como comentarista o expositor del texto sagrado, comentándolo verso por verso, y desentrañando su sentido sin interrupción y relacionando entre sí unos versos con otros; sino como «tratadista», es decir, como predicador de la palabra de Dios, que escoge un pensamiento y lo desarrolla con ayuda de la Sagrada Escritura, cogiendo de ésta lo que le interesa para su asunto, sin pre-

ocuparse de lo que sigue o de lo que precede. Y esto es lo que pasa en este breve tratado sobre el Salmo XCI.

No es, pues, esta *Expositio Origenis* fragmento o fragmentos de una más amplia y completa del mismo autor, sino un Comentario o Tratado completo, tal como salió de la pluma del mismo. Si coge el principio y fin del Salmo, es porque en el principio y fin cree ver una alegoría a Cristo y su Iglesia, y no en los versillos centrales, 5-10, que se refieren a la admiración de las maravillas de la creación y a la persecución de los pecadores, cuyo entronque con los versos que preceden y con los que siguen, 11-16, no se ve tan claro. Quizá por esto, no se tituló este escrito *Expositio Psalmi nonagesimi primi*, sino *Expositio, de Psalmo nonagesimo primo*, como indicando que toma del Salmo parte, pero no todo.

En cuanto al texto de este Tratado se refiere, preciso es confesar que el Códice escurialense, único hasta ahora conocido, nos ofrece uno muy mal conservado, y que sólo a fuerza de estudio y comparación con los demás escritos, y recurriendo a la conjeturas, puede ofrecerse legible e inteligible. Hemos tenido en cuenta el que nos da el P. Wilmart, con ayuda del cual y de un nuevo cotejo con el original, ofrecemos el nuestro sustancialmente conforme con el de dicho Padre y el publicado por el P. Guillermo Antolín, O. S. A., en la *Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos*. Cuando nos apartamos de alguno de ellos o de ambos, bien no aceptando sus conjeturas o sus interpretaciones, lo advertimos al margen en la notación crítica. La sencillez del texto o textos bíblicos que alega el autor, nos escusa de un análisis más detallado de los mismos y de referencias a la Vetus latina o a los Santos Padres que los citan y comentan, trabajo ya hecho y para nuestro intento de escasa importancia. En cuanto nos ha sido posible, hemos conservado la lectura del Códice, o nos hemos inspirado en él para las conjeturas.

## EXPOSITIO ORIGENIS DE PSALMO NONAGESIMO PRIMO

Psalterium genus organi musici est, quod artifex manu concinet. Et licet per ordines symphoniarum, psalente spiritu, modulamine quodam, expressa sonorum suavitas, quasi cantatio videatur; tamen non canticum sed psalmus, de psalterio, nominatur. Canticum vero simplici voce cantantis exprimitur.

*Ad adnuntiandam mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem* (v. 3). Manifestatus est, quia misericordia minor est veritate. Etenim veritas ideo potior est, quia in statu suo semper inconcussa perdurat. Porro, misericordia, aut miserorum lacrimis provocatur, aut <ad> indigentiam inopis flectitur, aut ad lapsorum indulgentiam inclinatur. Cernis ergo misericordiam pro necessitate nostra procedere, veritatem autem ex Dei arbitrio redundare. Sed quia novum genus misericordiarum est, et est misericordiae, illam hoc in loco dicit *misericordiam adnuntiandam*, quia Salvator misertus humano generi, post invictam passionem suam, tertia die mane quasi de somno mortis victor ab inferis resurrexit. Et omnes patres qui iam dudum in inferni nocte et tenebrarum caligine tenebantur, secum pariter excitavit, sicut in psalmo quinto ait: *Mane adstabo tibi et videbo te, quoniam Deus nolens iniquitatem tu es* (Ps. V, 5). Mane ergo cum dicit,

---

2 quod, *cod.*; quo, *scripsit W.* — 3 simphoniarum, *cod.;* psalente, *cum W. ex citatione Gloss. Ansileubi*; psalantes, *cod.* — 4 quoddam *cod.* — 8 manifestatus est, *cod.;* manifestum est, *coniecit W. fort. rectius.* — 9 quia, *conieci;* qui, *cod.* — 10 aut[1] *conieci*; ad. *cod.*; *omit W.* — 10 provocantur *cod.* provocatur, *conieci.* — 11 ad indigentiam, *conieci*; *omit.* ad *cod. Sic legendum videtur; vel* aut indigentia, *cum W.* — 14 misericordiarum, *cod.;* miseriarum, *coni. W. minus recte.* — 18-19 excitabit, *cod.*

rusurrectionem domini corporis indicat, quod Christus, sol iustitiae, resurgens, novum nobis aeternae vitae diem lumenque monstravit (Malach. IV, 2.)

*Sed et veritatem*, inquit, *per noctem*. Nox, in qua Veritas adnuntianda erat, tempus est Domini passionis; qui <cum> in crucem figeretur, sol media die succidit, as perturbatis astrorum cursibus, subita < facta> confusio, dies evanuit; in cuius vicem, nox adventitia furtuitu succedit. De qua nocte Amos propheta praedixit: *Et erit in die illa, dicit Dominus: obscurabitur sol medio die* (Amos, VIII, 9). Ergo veritas Dei, id est, Christus, *per noctem adnuntiabitur in decachordo psalterio et cithara quattuor < chordarum >* (Ps. XCI, 4). Ac per hoc psalterium decem chordarum decalogam legem singnificanter ostendit, id est, decem verba digito Dei perscripta, quae in tabulis lapideis Moyses populo tradenda accepit. Cithara vero quadricorda, quattuor evangeliorum sanctionem ostendit. De his ergo iubemur hymnos Deo canere et gratiarum actiones, quasi quibusdam sonis mentis fidibus dulciter resonare. Quid enim cithara, nisi nervus ligno extensus, hoc est, corpus Christi ligno crucis adfixum? Unde nobis omnis sermo dulcis et suavis, in gratiarum praedicatione retinnit.

*Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum* (Ps. XCI, 11). Scio quidem cornu esse, quo retro olim apud maiores nostros sacrum conficiebatur unguentum, ex quo ungebantur <reges> et sacerdotes, qui Christi dicebantur in lege, quia ex cornu crismatis ungebantur. Sed aliud fuit illud cornu, quod plura cornua, id est, plura regna faciebat. Cornua autem regna esse, probat Zaccharias propheta, cum dicit: *Quattuor cornua quae vidisti, quattuor*, inquit, *regna sunt, quae disperserunt Judam et Israhel* (Zach. I, 19). Cum ergo probatum sit cornua regna intellegi oportere, quod est hoc unicornium, id est, unicum ac

---

1 [eo] quod, *scrips. W.* — 4 inquid, *cod. semper.* — 4-5 annuntianda, *cod.* — 5 dominici, *cod.* — 6 ocidit, *cod.* succidit *coni.* Ac, *cod.* — 6 curribus, *cod.* — 7 facta, *om. cod.;* subita confusione, *coni W.* — 8 fortuitas, *cod.* — 8 succidit, *cod.* — 11 chordarum, *omit. cod. sed. neces. supplendum;* prescripta, *cod.* — 14-15 quadricordia, *Antolin.* — 16 himnus, *cod.* — 17 fidelibus, *cod.* — 19 *dulcis est*, cod. — 19-20 retinnit, *cod.:* retinuit, *Antolin.* — 28 cum, *scripsi cum W.;* Quur, *cod.* — 28 cum, *cod.;* unicum, *scripsit W.* cfr. p. 3, l. 4. — 29 unicornium, *cod.;* unicum cornu, *coniecit W.* — 29 hac, *cod.*

singu lare regnum? Quod, inquam, aliud, nisi regnum Domini et Salvatoris nostri? Cum enim venerit in virtute magna et claritate, praecipue regnare cum sanctis suis et iudicare saeculum (Matth. XXIV, 30), tunc omnia regna eradicabuntur, et ipse solus regnabit in saecula, et regni eius non erit finis (Luc. I, 33). Sicut et Zaccharias sacerdos dicit: *Et suscitavit cornu salutis* (Luc. I, 69), id est, regnum Christi, quod credentibus salutem et incredulis iudicium praestat. Et ideo *unicornis* dicitur, quia aliud regnum non erit, nisi hoc unicum ac singulare, quod per saecula cuncta manebit.

Sed requirendum nobis est quae sit haec vox quae dicit, et suum cornu sic esse regnaturum, et sicut unicum illud cornum esse exaltandum. *Exultabitur*, inquit, *sicut unicornis cornu meum*. Quae est ergo haec <vox> quae et suum regnum dicit similiter esse exaltandum? Agnosce sane hanc vocem esse venerandae ecclesiae, quae cum Christo est regnatura; quia nec Christus sine ecclesia, neque ecclesia sine Christo <est> regnatura.

*Et senectus mea in misericordia uberi* (Ps. XCI, 11). Non hoc de longaevo sene, sed de illo vetere homine, id est, Adam protoplausto loquebatur, de quo Apostolus ait: *Spoliantes vos veterem hominem cum actibus suis* (Coloss. III, 9), *et induite novum qui secundum Deum creatus est* (Eph. IV, 24). Proinde omnes, veteres et senes dicuntur, qui secundum priscam nativitatem terreni hominis generantur. Cum ergo hic vetus, id est, senex homo, id quod prius fuerat in ecclesia deponit, et manente licet corpore, in novam tamen vitam baptismi vitali generatione mutatur, tunc *senectus illius*, id est, antiqua corporis palma, *in misericordia uberi*, sive, ut in quibusdam exemplaribus legitur, *in oleo pingui*, hoc est, sancta crismatis unctione larga et uberi misericordia refovetur, ut de vetere novus fiat, de corrupto

---

1 aliut, *cod.* — 2 precipue, *cod.* praecipua, *conieci W.* — 6 suscitabit, *cod.*, erexerit, *Valgata.* — 7 prestat, *cod.* — 9 secula, *cod.* — 10 que, *cod.* — 10 hec, *cod.* — 10 que, *cod.* — 13 hec *cod.* regnum *coni.* cornum *cod.* — 13 vox, *add. cum W.* — 14 venerande ecclesie, *cod.* — 14 que, *cod.* — 18 longevo, *cod.* — 19 ayt, *cod.*—19 vetere hom., *cod.*— 26 ut, *add. cod. sup. lineam.* — 27 unctione. — 27 Larga, *cod.* — 27 sancti crismatis unctione, *scripsit W.* — 28 refobetur, *cod.*

integer, de antiquo rudis, de sene infans, de caduco aeternus: per unicornii illius unctionem, qui cum Patre et cum Spiritu Sancto regnat in saecula saeculorum. Amen.

---

1 rudis, *1ª manu*, novus, *2ª manu scripsit antiqua, in marg.*— 2 qui cum Patre, *doxologia frequens in tracts.* — 2 unicornii, *coni.*; unicordi, *cod.;* unicornis, *W.*

# NUEVOS TRATADOS
# DE GREGORIO DE ELVIRA

En nuestra «Intruducción Preliminar» qué escribíamos en 1944 a las obras de Gregorio de Elvira decíamos lo siguiente en la página XXXIII: «La herencia literaria de Gregorio de Elvira no se ha reducido solamente a los Tratados precedentes, sino que, estudiado cada día más y conociéndose ya sus procedimientos exegéticos, su estilo y fraseología, se ha hallado el camino abierto para la vindicación de nuevas e importantes obras». Y un poco más adelante, en la XXXV, añadíamos: «Esto nos da la esperanza de que con el tiempo han de ir apareciendo más Tratados de nuestro autor. El mismo nos dice que había compuesto tratados o disertaciones homiléticas sobre casi todos los textos del libro del Génesis: *Scio quidem, dilectisimi fratres, me de hoc primogenito libro, idest Geneseos, frequentissime disputasse et pene omnes lectiones eius, prout ratio permisit aut mediocritas intellegentiae sinit, caritati vestrae disseruisse.* Y en el Tratado X sobre el Levítico: *Scio quidem, dilectissimi fratres, saepenumero de hoc Leviticorum libro me tractasse et arduas pene et inextricabiles quaestiones ut potui, et puto ut debui, caritati vestrae disseruisse.* Lo que hoy poseemos es realmente una insignificancia. Del Nuevo Testamento sólo un Tratado se ha conservado: mejor diríamos se ha publicado o dado a conocer. ¿Es posible que no escribiera más? La manía que tuvo siempre de no publicar nada a su nombre, y la admiración de sus partidarios deseosos de darle a conocer y ampararle de las críticas envidiosas con un nombre entonces reconocido y acatado universalmente, como era el de Orígenes, ha hecho que su herencia literaria haya andado y aún ande rodando por las Bibliotecas o en las Colecciones Patrísticas con dicho nombre u otro supuesto.»

En el mismo estudio preliminar vindicábamos para el ilustre obispo Eliberritano un Tratado a nombre de San Jerónimo sobre el Hijo

Pródigo, en el que se hace al mismo tiempo referencia a otro sobre la mujer Encorvada, del que hasta el presente no tenemos vestigio alguno. Es muy probable, casi seguro, que escribió comentarios u homilías sobre los Salmos, y que muchos de los que andan a nombre de San Jerónimo y San Agustín son pertenencia literaria suya.

1. Mirum satis est, dilectissimi fratres, quod in hoc capitulo sapientissimus omnium hominum Salomon propheta proposuit tria impossibilia esse, quae scire non posset; quartum adhuc esse quod non veleret agnoscere: «Vestigia aquilae volantis, vias serpentis super petram, et semitas navis navigantis, et vias viri in iuventute (*Prov.* XXX, 19).» Haec se nescire testatur ille propheta Salomon, qui ut primum transactis infantiae rudimentis, annos iuventutis ingressus est, in quibus posita adhuc infirma aetas, quem cursum viae deligat, nutat incerta, nihil aliud a Deo, quam sapientiam postulavit: inter ipsa, ut dixi, vitae tentamenta jam sapiens, qui in delectione rerum, quod omnibus praeiret, elegit. Sic enim ipse in libro Sapientiae suae se Dominum omnipotentem deprecatum fuisse commemorat: «Da mihi, inquit, sedium tuarum assistricem sapientiam (*Sap.* IX, 4), ut sciam dispositionem orbis terrarum, virtutes elementorum, initium et consummationem et medietatem omnium rerum, divisiones et mutationes temporum, anni cursus, et dispositiones stellarum, naturas animalium, et iras bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum, differentias arborum, et virtutes radicum: omnium enim artifex, ait, docuit me Sapientia (*Sap.* VII, 21)». Et alibi ipse in eodem libro: «Invocavi, inquit, et venit in me spiritus sapientiae (*Sap.* VII, 7)».

2. Et quid est, dilectissimi fratres, quod tam locuples possessor sapientiae Salomon, cum omnia cognovisset, quae in arcanis abditarum dispositionum tenebantur absconsa, haec sibi impossibilia esse praetendit? Quippe qui a Deo esse sapientiam consecutus, qui noverat mundanae dispositionis introitum, qualiter esset hoc caelum omne quod cernimus, ardua sublimitate suspensum, quemadmodum fieret aeris istius circumiectus et fusus aequo moderamine libratus in medio, quibus modis pigro ad imum dilapsa pondere terra subsisteret,

qua ratione intra certas littorum metas liquidi elementi impatiens fluctus lapsus exaestuet: quod principium rerum, quis finis, et quae essent media. Quem iterum divisiones et mutationes temporum non latebant, qui comprehenderat qualiter sibi annorum mutua vicissitudo, redeunte orbe, succederet, qua causa varios stallarum ageret cursus, praecedendo se nonnunquam, aut subito subsequendo, unde earum esset ortus aut obitus, et alia multa, quae, Sapientia docente, cognoverat. Mirum quod ista quae sibi impossibilia esse dicit, aut scire non potuit aut videre.

3. Sed quia omnia quae in libris divinis prophetarum annuntiatione congesta sunt, suis sunt temporibus reservata, merito Salomon ante adventum Domini nostri Jesu Christi, quid aquila volans, quid serpens in petra, quid navis navigans, quae iuvenis via in iuventute esset, scire non potuit: adhuc non erat tempus, quod de umbra corpus fieret, aut veritas de figura. Nobis vero, quibus Dominus noster Jesus Chistus ostendit quod omnia de ipso essent in lege conscripta, quibus nihil est occultum quod non reveletur; et posteaquam signatum illum septem sigillis librum nemo alter potuit reserare, quam Christus; permissum et indultum est nobis, ut omnia et videre possimus et nosse, sicut ipse Dominus ait: «Pater, confiteor tibi, quia abscondisti haec a sapientibus, et revelasti ea parvulis (*Matth.* XI, 25)». Et iterum: «Vobis, inquit, permissum est scire mysterium hoc (*Luc.* VIII, 10)». Quae ideo retuli, ut non tam Salomonem quod non potuisset scire reprehenderim, quam quod non fuisset temporis ut sciret.

4. Sed iam ne proposita lectio diutius differatur, pauca vobis quae ita in quaestionem veniunt, propitio Deo nostro, cogitavi exponere: «Tria sunt, inquit, impossibilia mihi scire, et quartum quod non cognosco: vestigia aquilae volantis, et vias serpentis super petram, et semitas navis navigantis, et vias viri in iuventute (*Prov.* XXX, 18, 19)». Quis enim unquam, dilectissimi fratres, potuit ista cognoscere? Quasi vero sit facile ut supensa aquila in altum celeri elatione pennarum, plausus sui et lapsus vestigia manifesta constituat, aut viam signet in vacuo, et lineam sui volatus ducat figatque in liquido. Quis cursum navis deprehendat in fluctibus? quis indicium ejus, per quos aggeres et limites feratur, intelligat? Crebra semper et inquieta mutatio, cum undis aequoribus, aut obruitur quod praecessit, aut opprimitur quod secutum est. Quis in petra signum aliquod serpentis

agnovit, cum et materia sit dura saxorum, et lubrica natura serpentum? Aut quomodo possunt viae viri in iuventute cognosci, qui unde veniat et quo eat non potest deprehendi? Haec sunt quae sapientissimus Salomon propheta dixit se non posse cognoscere. Nunc ergo de singulis rebus istis quid dicamus, audite.

5. Aquilam in hoc loco Christum Dominum nostrum debemus accipere, qui post venerandam resurrectionem, qua docuit humanum genus in vitam redire posse post mortem, velut aquila revolavit ad Patrem, praedam secum referens, id est, hominem, quem rapuerat de faucibus inimici. Haec est aquila quam Ezechiel propheta in illam quadriformem sedem et Cherubim vidisse se retulit inter animalia quae mysticum vehiculum rotis iuncta portabant; unum enim animal simile vituli, aliud leonis, tertium hominis, quartum aquilae (*Ezech.* I, 10), sicut in Apocalypsi Iohannes se vidisse conscripsit. «Primum, inquit, animal simile vituli, secumdum leonis, tertium hominis, et quartum aquilae (*Apoc.* IV, 7.)» Sed de hac animalium qualitate alter locus ad tractandum necessarius est. Nunc interim, quod caepimus, explicemus.

5. Haec est aquila de qua scriptum est: «Sicut aquila tegit nidum suum (*Deut.* XXXII, 11), id est, Christus Ecclesiam. Et iterum inquit: «In umbra alarum tuarum sperabo (*Psal.* LVI, 2).» Et iterum: «Renovabitur sicut aquilae juventus tua (*Psal.* CII, 5).» Nam ut aquila colona, quasi ita mater nidi semper unius est, nec ad procreandam sobolem aliud aliquando cubile perquirit, et cum primum calidis ovis maturo ortu foetus eruperit interior, pullos educit implumes, hos contra faciem fervidi solis opponit, et qui aegram et invalidam corusco radiorum appulsu aciem submiserit oculorum, materno damnatus arbitrio, et a fratrum consortio separatus, deicitur in terram. Et sicut avis ista inimica serpentum est, quos dum in aere alarum remigio subvectando supportat, hos obunco rostro et armatis, quasi quibusdam telis, pedibus suis lacerat ac divellit; quos cum devorat, calore suo interno noxium illud virus exstinguit: ita ergo et Christus Dominus unam diligit Ecclesiam, ut aquila nidum suum; quam ab aestu persecutionum alarum suarum defendit umbraculo. Sic quoque extra Ecclesiam proicit, in quibus fidei lumen infirmum est, qui igneam Evangeliorum lucem vitiis saecularibus inquinati ferre non possunt.

6. Et ut aquila serpentes devorat, et eorum venena calore coquit

interno, ita et Christus Dominus noster, percusso dracone, id est, diabolo lacerato, quod humanum sibi corpus assumit, peccatum illud quod hominem tenebat obnoxium, tanquam perniciosum virus extinxit, sicut Apostolus ait: «Et de peccato damnavit peccatum in carne sua *(Rom.* VIII, 3)»; et alibi: «Qui cum peccator non esset, pro nobis peccatum fecit *(II Cor.* V, 21)». Ad hoc quoque Moyses serpentem aeneum in eremo suspendit in ligno, qui proprius erat typus corporis Christi, ut quicumque in eum aspiceret, non periret; corpus enim hominis per transgressionem vas fuerat serpentis effectum. Sic et alibi ipse Moyses virgam proiecit in terram, quae in similitudinem est corporata serpentis, quae quia et ipsa imago erat corporis Domini et tantae virtutis in se typum gerebat, omnium aegyptiorum potestatem absorbuit.

7. Hoc est ergo quod ait: «Vestigia aquilae volantis *(Prov.* XXX, 19)»: quia etsi post passionem et resurrectionem suam, praesentibus apostolis, Dominus noster ascendit in caelum, tamen, huius hominis tam altus sensus et tantus est, ut explicare possit quomodo illa tanta maiestas de caelo aut venire dignata fuerat aut redire, cum hoc solum nobis scire liceat quod aut venit aut rediit. Quis enim cognoscere potest quemadmodum Verbum in Virginem venerit, ut repente conciperet, ut tam felicem foetum partus virginalis effunderet, ut hominem Deus indueret, quem totus mundus non potest nec sufferre nec capere? Id est, quod ait: «Vestigia aquilae volantis», id est, Christi Domini advenientis ad terram ac redeuntis ad caelos vestigia comprehendi enarrarique non posse.

8. «Et vias, inquit, serpentis super petram.» Dixi iam caritati vestrae quod sinuosis habens membris nitidus et volubilis coluber tractibus suis vestigium aliquod in petra, quia res est dura, non faciat. Indicium enim monstri hujus non nisi molli impressione signatur in pulvere. Nunc ergo videamus quis sit iste serpens, aut quae petra in qua serpentis vestigium non apparet. Hanc petram Dominum nostrum esse ambigere non debemus. Sic enim Apostolus ait: «Bibebant autem de spiritali sequenti petra, petra autem erat Christus *(I Cor.* X, 4);» et Psalmographus: «In petra, inquit, exaltasti me *(Psal.* LX, 3)»; et Moyses in cantico Deuteronomii: «Lactavit eos mel ex petra, et oleum de solida petra *(Deut.* XXXII, 13)», id est, quod dulcem daturus iis esset Evangelii suavitatem, aut Spiritum

sanctum per crismatis unctionem. Et alibi ait: «Beatus qui tenet et adlidet infantes tuos ad petram (*Psal.* CXXXVI, 9)»: quod utique in religiosis parricidium erat, si petra ista figuram Christi corporis non haberet. Nemo enim beatus in funere est, qui infantes suos adlidit ad petram; sed ideo beatus est, quod illos coniungit ad petram.

9. Dixi ergo petram Dominum et Salvatorem nostrum in Scripturis omnibus inveniri. Serpens autem ex ipso nomine, quod sit diabolus, apparet sicut callidior omnium bestiarum, quae sunt supra terram, id est, diabolus: qui ideo serpens dicitur, quod occulte serpat, et quod sensus hominis tenuiter inlabendo pertentet: quos si convicerit, medullis se hominum atque ossibus implicat et inmergit. Qui, in corpore hominis, quod omnipotens Christus Deus induerat, nulla malitiae suae potuit imprimere vestigia, quamvis illud ausus fuerit saepe tentare, sicut ipse Dominus in Evangelio ait: «Ecce venit princeps mundi hujus, et nihil in me invenit (*Joha.* XIV, 50)»; et alibi: «Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit ei (*Psal.* LXXXVIII, 23)». Haec est ergo petra, idest, caro Christi, nulla inimici iniquitate respersa, in qua serpentis, idest, peccati alicuius vestigium non apparet, ut scriptum est: «Qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore eius (*I Ptr.* II, 22)».

10. Adhuc quid subiungat, audite: «Et semitas, inquit, navis navigantis.» Navem adaeque Ecclesiam debemus accipere in salo mundi istius constitutam, quae crebris ventorum flatibus, id est, tentationum plagis et verberibus fatigatur: quam turbidi fluctus, id est, hujus seaeculi potestates, conantur ad saxa perducere. Quae etsi undarum fluctibus aut procellis saepe vexatur, tamen nunquam potest sustinere naufragium, quia in arbore ejus, id est, in cruce, Christus erigitur, in puppi Pater residet gobernator, proram Paracletus servat Spiritus. Hanc per angusta hujus mundi freta duodeni in portum remiges ducunt, id est, duodecim apostoli et similis numerus prophetarum.

11. Inde Montani antra latratu falsi carminis resonant, qui duabus feminis prophetisis, Priscilla et Maximilla, tanquam alicujus Scyllae rabidis succinctus est canibus: In ista nave Ecclesiae ea feliciter praeterimus. Inde in Photinianam Charybdim non incidimus. Inde nullo modo in illud barathrum, quasi Dathan et Abiron, id est, in profundum mortis Ursacii et Valentis non incurrimus. Inde Arrium archipiratam, qui nos per mare saeculi ad instar Pharao-

nis insequitur, non timemus, illam stellam servantes in caelo, quae Magos perduxit ad Christum, per quam nos regnum Dei, qui malorum omnium futurus est portus, exspectat. Inde nunquam nos de hac navi Ecclesiae praecipitatos Marcion ille cetus absorbuit. Inde Sabellius pirata non cepit. Inde nobis aquilo nocere non poterit, quamvis inde sint antichristi violenta flabra ventura, sicut scriptum est: «Ex aquilone exardescent mala *(Jerem.* I, 14)». Inde syrtes gentilium, et pericolosas haereses et scopulos evitamus, quos superiacens aquae tenuis occultat adlapsus, quia haeretici sub praetextu nominis Christiani, absconsa perfidiae saxa fallaci confessione oris obducunt, in qua homines, dum illis, quod Christiani sint, fides habetur, impingunt.

12. Haec ergo navis Ecclesia est, quae etsi quotidie saeculum istud tamquam aliquod pelagus sortitur infestum, nunquam eliditur ad saxum, nec mergitur ab profundum. Navem autem Ecclesiam esse divinis testimoniis probamus, sicut ait: «Illic transierunt naves Tharsis *(Psal.* XLVII, 8)»; et alibi: «Adversus omnem navem maris *(Isa.* II, 16)», quia sunt ecclesiae saeculi, quae totam sibi spem, quod fit in hoc tempore, non tam de Deo quam de potestatibus hujus saeculi repromittunt.

13. Sed quod ait, «Vias navis navigantis», proprie significat quod in tempore nullo modo persecutionis comprehendi omnino non posset, quemadmodum vivida per interitum et dives per damna reddatur, sicut ait ex persona ipsius Psalmographus: «In tribulatione dilatasti me (*Psal.* IV, 2)». Quae ob hoc multis in locis aut soli comparatur aut lunae, quae, etsi tunditur, non movetur; et si moveatur, resurgit.

14. «Et vias, ait, viri in iuventute.» Vir iste, Christus Dominus noster est, sicut in Actibus Apostolorum scriptum est: «Viri israelitae, audite haec verba; Jesum Nazarenum virum a Deo electum in vobis, virtutibus et signis et portentis approbatum *(Act.* II, 22)»; et Apostolus: «Ut omnes in virum pefectum occurrere possimus, in mensuram Christi *(Ephes.* IV, 13)»; et alibi: «Destinavi vos uni viro virginem castam exhibere Christo *(II Cor.* XI, 2)». Hic est vir cujus viae cognosci in juventute non possunt. Quis enim aestimare animo possit, aut capere quanta ille opera exercuerit, cum secundum hominem moraretur in terris? quae itinera virtutum duxerit? in quas vias

beneficiorum circa humanum genus fuerit ingressus, dum claudis pedum restituit firmitatem, dum caecis lumina amissa reddit aut imponit condita, dum eloquium praestat mutis et surdis insinuat auditum, dum largum sanguinis fluxum siccat in Martha, dum daemones pellit ex Maria, dum corpus redivivi spiritus calore constringit in Lazaro, et quod mors sibi vindicaret ad paenam, lux denuo recepit ad vitam? Quid ille solidus gressus in fluctibus, quid reliquiae de paucis panibus plus superesse, saturata multitudine, quam fuisse? Quid inopem in vino galilaei coniugis apparatum, sed Domini operibus pretiosum? Et alia multa, sicut in Evangelio dictum est; quae si omnia scripta essent, mundus ea capere non posset (*Joan.* XXI, 25). Aut quid postremo descensus ad inferos aut ascensus ad caelum? Quid illud quod in passione ipsius integram lucis consuetudinem sol habere non potuit, ut taceam ruptum velum, lapidem revolutum? Hae ergo viae sunt in iuventute, quas non tam deprehendere propheta quam enarrare se non posse testatus est.

15. Tales hic etiam dicit: «vias meretricis, quae posteaquam abluta est, dicit se nihil mali fecisse (*Prov.* XXX, 28)». Meretrix ista Ecclesiae typus est, aliquando in gentibus constituta, idolorum cultibus vitiata, quam vanae superstitionis stupra polluerat, quam falsorum deorum adulteram fecerat multitudo, lascivosque ac turpes incompositis motibus saltus nemorum et lucorum inculta lustrabat, dedita luxuriae, pompae gentilium mancipata. Hanc posteaquam Dominus noster Jesus Christus puro baptismatis fonte perfudit ablutionem et criminis accepit et nominis per gratiam fidei. Post meretricem fit virgo, quia uni se destinavit Sponso. Nam et Raab illa meretrix Hierichuntis, quae speculatores Jesu Nave excepit hospitio, et quod signo cocci signata est, qui color figuram Christi sanguinis indicabat, et quod eversionem civitatis evasit (*Josue* VI, 25), Ecclesiae typum habuit, quae per sanguinem Christi ruinam mundi istius secura non metuit. Sic enim ait propheta: «Accipe, inquit, tibi uxorem fornicariam, et fac filios fornicationis (*Osse* I, 2)». Ubique enim, dilectissimi fratres, cultura idolorum fornicatio nuncupata est, ut in Apocalypsi scriptum est: «Et sinis fornicari servos meos, et manducare idolis immolata (*Apoc.* II, 20)». Denique Jerusalem civitas illa quondam nobilis Hebraeorum, quotiescunque a veritate deflexerat, et idolis serviebat, statim meretricis vocabulo nominabatur, sicut

clamat Isaias: «Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion (*Isai* I, 21)?». Inde est ergo quod ait Salomon: «Talis autem via mulieris meretricis, quae posteaquam abluta est, dicit se nihil mali fecisse (*Prov.* XXX, 20)».

# TRACTATUS II

## [DE FIDE]

# ADVERTENCIA

Apenas habíamos terminado con la identificación del Tratado anterior, cuando he aquí que una excursión por el campo inmenso de los *Sermones supositicios* de San Agustín nos hizo tropezar con una nueva pieza del Eliberritano, menos original y menos importante que la anterior, pero no exenta de todo interés literario.

Se trata de un compendio del libro *De fide* o *Trinitate*, en lo que se refiere al Hijo de Dios, en forma de *Tratado* o Sermón para ser predicado al pueblo, como se deduce de la invocación y tono del mismo, siempre en segunda persona de plural.

En el Códice de Reims, del siglo IX, figura a nombre de San Agustín y con este nombre fué primeramente publicado. Pero bien pronto el examen de su doctrina y estilo hizo desistir a los editores del Santo de semejante paternidad, relegándole con razón a los apéndices.

¿No pudiera ser, tal vez, el Doctor africano el autor de semejante extracto? Ciertamente que nuestro Santo conoció y cita textualmente la obra *De fide* de Gregorio de Elvira bajo el nombre de un tal *Gregorius Orientalis* [1]. Pero hay que desechar por inverosímil la idea de que pudiera ser él el autor, no obstante que a su nombre figure en el citado Códice del siglo IX-X.

En realidad no caben más que dos hipótesis: o que el Tratado sea anterior al *De fide*, o bien posterior a él.

A primera vista esta última hipótesis parece la más obvia y natural. Mas si examinamos de cerca la contextura de este tratado, los retoques que introduce y los términos que emplea, veremos que sólo la primera tiene una explicación adecuada y satisfactoria.

---

[1] Véase *Epístola 412 s. fratri Fortunatiano.*

En primer lugar no se explican, de ser una mera adaptación ajena al mismo autor, ciertas modificaciones totalmente accidentales del texto, cuando le hubiera sido más fácil copiarlo a la letra, como lo hace en otros lugares. Aleguemos algunos ejemplos.

| Nuestro Tratado | Tratado De Fide |
|---|---|
| 1. Quippe, cum constet lumen istud *divinitatis* aestimari, comprehendi, etc. | Quippe cum constet lumen istud, *quod Deus est*, aestimari, comprehendi, etc. |
| 2. Ideo praemoneo ut *tantum* de unitate substantiae *spiritualiter* credatis et filium verum de vero Patre cognoscatis. | Ideo praemonuit ut divinitatem substantiae crederes et verum filium de vero Patre cognosceres. |
| 3. De qualitate autem rei requirere non debetis, *quia Deus credi se voluit non diiudicari nec examinari*, quia qualis aut quantus sit sciri non potest... | De qualitate autem rei requirere non deberes, quia quale aut quantum sit scire non possis... |
| 4. Certe *hoc est deus quod* et cum dicitur non potest dici. | Certe *hic est de quo* et cum dicitur non potest dici. |
| 5. Nisi talem se *de patre*, qualis, etc. | Nisi talem se, qualis, etc. |
| 6. Hoc enim Filius Dei, quod Pater est, non aliud idem, per quem omnia facta sunt. Nam et <ob> hoc Verbum nuncupatur, quia semper in Patre et de Patre, et nihil Pater sine eo iussit aut fecit. | Quid est enim Filius de eo quod et Pater est? Alius idem. Nam et <ob> hoc Verbum nuncupatur, quia ex proprio divino ore processit et nihil Pater sine eo iussit aut fecit. |
| 7. Virtus dicitur, quia *proprie* de Deo est et omnis potestas in ipso consistit. | Virtus dicitur, quia *vere* de Deo *et semper cum Deo est* et omnis potestas *Patris* in ipso consistit. |
| 8. Sapientia appellatur, quia *non aliunde quam de Patre* veniens, credentibus arcana caelestia reseravit. | Sapientia appellatur, quia *de corde Patris* adveniens, arcana caelestia credentibus reseravit. |
| 9. Thesaurus dicitur, *quia* in ipso omnes opes et divitiae caelestium regnorum *reconditae cognoscuntur*. | Thesaurus dicitur, ut in ipso omnes opes et divitiae regnorum caelestium *conditae agnoscuntur*. |

| | |
|---|---|
| 10. Retia dicitur, quia per ipsum et in ipso de mari saeculi *diversarum* gentium multitudo, *more* piscium, *per baptismum* in Ecclesia congregatur, ubi bonorum malorumque discrimen agnoscitur. | Retia dicitur, quia per ipsum et in ipso de mari saeculi *diversa* gentium multitudo, *sicut* piscium, *per aquam baptismatis* in Ecclesia congregatur, ubi bonorum malorumque discrimem agnoscitur. |
| 11. Via est, quia per ipsum *ad Patrem* accessus est, Veritas *est*, quia mendacium nescit. Vita est, *quia dat vitam*, *Ipse universa significat*. | Via est, quia per ipsum ascensus est. Veritas, quia mendacium nescit. Vita est, *quia ipse universa vivificat*. |

Las diferencias del texto *De fide* cotinúan por el estilo hasta el fin, a pesar de la sencillez y claridad que reviste el original. Por otra parte, algunas de las modificaciones parecen responder mejor a otros Tratados del mismo autor. Así, por ejemplo, en el texto tercero, el inciso, *qualis et quantus sit*, responde mejor al *Tratado I in S. Scripturam*, en que se repite este mismo pensamiento. Véase el texto:

> «Et quidquid de eo dixeris, efficientiam operum suorum et dispensationes sacramentorum ipsius nominabis, non tamen ipsum *qualis aut quantus sit* poteris explicare.»

El otro inciso:

> *Quia Deus credi se voluit non diiudicari nec examinari, etc.*,

ha tenido que tomarlo treinta líneas antes y sacarlo del contexto de la frase, cosa difícil de no ser el mismo autor el de uno y otro escrito. Como a su vez se halla también en el *Tr. I in S. Scripturam*, conviene enfrentemos los tres, para que se vean mejor sus diferencias y coincidencias:

| Nuestro Tratado | Tr. De Fide | Tr. I, In S. S. |
|---|---|---|
| De qualitate autem rei requirere non debetis; *quia Deus credi se voluit non diiudicari* nec examinari. | Ac proinde Deus, cui adsimilari nihil potest, sufficiat credi, quod ipse sentitur, *quem ipse credi se voluit, non iudicari*. | Et ideo timendus, observandus et adorandus est, *quia Deus credi* magis *se voluit non iudicari*. |

De la comparación de estos textos resulta que la coincidencia entre nuestro Tratadito y el Tratado primero es mucho mayor que con el *De fide*, a pesar de ser éste el libro de donde copia lo demás. Lo que demuestra que nuestro tratado no es un mero extracto del *De fide*, sino anterior a éste, y próximo a los T. I. S. S.

Otro caso, por no hacernos interminables, nos lo ofrece el Tratado anterior en un punto de coincidencia con el *De fide* y con este Nuevo. Trátase de la significación del águila, aplicada a Cristo nuestro Señor. El pensamiento es igual en los tres, pero hay pequeños detalles en que la pluma del autor se descubre sin pretenderlo. Helo aquí.

| Nuestro Tratado | Tratado I, in S. S. | Tr. De Fide |
|---|---|---|
| Aquila dicitur q u i a post venerabilem resurrectionem ad Patris sui *revolavit* sedem. | Aquilam Christum dominum nostrum debemus accipere quia post venerandam resurrectionem... velut aquila *revolavit* ad Patrem. | Aquila dicitur, q u i a post venerabilem resurrectionem *ut rex alitum* ad Patris *pervolat* sedem. |

El pequeño, casi insignificante detalle del *revolavit*, en vez del *pervolat*, es lo suficiente para poder apreciar la misma mano en ambos Tratados, a pesar de que el Pseudo-agustiniano, como se ve, coincide casi totalmente con el *De fide*, en el orden y la doctrina.

Pero la prueba decisiva nos la ofrecen las primeras palabras y el saludo del discurso. Ya hemos dicho que una de las características del Eliberritano es el saludo *Dilectissimi fratres* y más todavía si se junta con el *audistis*, etc. Pues bien, toda la frase primera es de un corte netamente eliberritánico: *Apostoli lectionem mecum pariter audistis, dilectissimi <fratres>*. Véase en las restantes obras o Tratados cómo repite bajo distintas formas esta misma frase: *Audistis epithalamium Carmen, dilectissimi fratres...*, escribe en *Cant. Cant.*, prooem. — *Audistis lectionem, dilectissimi fratres, qua refert beatissimus Heliseus...* en Tr. XV, 311, 16.

Ahora bien, hasta hace cincuenta años, en que no eran conocidas las obras del obispo Eliberritano ni sus procedimientos literarios, esta simulación o imitación era totalmente imposible. Tanto más

cuanto que el saludo *dilectissimi* no sale ni una sola vez en todo el Tratado *De fide*. ¿Cómo un extraño pudo ingerirlo sin conocer, como no conocía, las restantes obras de nuestro Santo, y más aún unido al *audistis*?

Concluyamos lógicamente, que el autor de este breve Tratado no puede ser otro que nuestro Gregorio de Elvira, a cuyo nombre deberá figurar en adelante entre sus opúsculos. Las pequeñas modificaciones que introduce en el texto merecen ser tenidas en cuenta para la inteligencia del *De fide*, como anterior que es y éste, ya por hacer variar a veces el sentido de aquél, ya limitarle más fielmente.

En resumen, tenemos a este breve Tratado como una *redacción primera*, como un verdadero *Tractatus ad populum*, que luego él amplió y convirtió en libro, bajo dos redacciones también, que han llegado hasta nosotros. Véanse las pp. 89 y ss. del Proemio al Libro *De fide*, donde ampliamente se prueba este aserto y se establece el orden de las redacciones.

# TRACTATUS II

## [DE FIDE]

*De verbis Apostoli ad Heb. cap.* 1. 3, et *Coloss.* I, 15. Splendor est enim lucis aeternae, et imago invisibilis Dei.

1. Apostoli lectionem mecum pariter audistis, dilectissimi < fratres >. Ait enim de Domino Jesu Christo: *Splendor est enim lucis aeternae, et imago invisibilis Dei*, eo quod et imago solis lux sua sit, quae de eodem sole procedit. Quippe cum constet, lumen istud divinitatis aestimari, comprehendi et definiri non posse, ideo praemoneo ut tantum de unitate substantiae spiritualiter credatis, et Filium verum de vero Patre cognoscatis. De qualitate autem rei requirere non debetis, quia Deus credi se voluit, non diiudicari nec examinari; quia qualis aut quantus sit, sciri non potest. Hoc enim Prophetae, hoc Apostoli praedicaverunt. Denique pro captu, pro viribus, pro fide nostra intueamur Deus quid sit, et videamus an ei possit aliquid comparari. Certe hoc est Deus, quod et cum dicitur non potest

---

(*Fragmento del libro* De fide.)

...Filium vero in splendorem claritatis ostendas, quod de eo Propheta dixerit: «Apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen (*Psal.* XXXV, 10)»; vel Salomon, cum dicit: «Candor est lucis aeternae, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius (*Sap.* VII, 26)»; vel Apostolus hic praedicaverit Salvatorem nostrum imaginem esse invisibilis Dei, eo quod imago solis lux sua sit, quae de eodem sole procedit (*Coloss.* 1, 15).

Sed quanta ad haec responderi possunt, quae lites generant, quod Apostolus prohibet (*II Tim.* II, 24), longum est dicere: quippe cum constet lumen illud, quod Deus est, aestimari, comprehendi et definiri non posse: nec vere aliquid ex his, quae in hoc mundo sunt, majestati divinae comparari, quia nihil de omnibus istis quae videntur

dici, cum aestimatur non potest aestimari, cum comparatur non potest comparari, cum definitur ipsa definitione crescit; qui caelum manu sua cooperit, pugno omnem mundi ambitum claudit; quem totum omnia nesciunt et metuendo sciunt; cuius nomini et virtuti famulatur hic orbis, et ipsa sibi elementorum succedentium momentanea vicissitudo testatur.

2. Videte ergo, si potest aliquid esse cui possit Pater et Filius comparari, quia talis est Filius qualis et Pater. Nom enim ipse cum Patre unum se diceret, nisi talem se de Patre, qualis est Pater, sciret. Ratio quaedam <est>, quae apud Graecos λόγος nuncupatur, quae inter Patrem [1] et Filium personas vel vocabula distinguit, quia et ipse Filius ratio dicitur; quae tamen ratio multis nominibus appellatur: modo verbum, modo virtus, modo sapientia, modo dextera, modo brachium, modo margarita, modo thesaurus, modo retia, modo aratrum, modo fons, modo petra, modo lapis angularis, modo homo, modo agnus, modo vitulus, modo aquila, modo leo, modo via, veritas et vita, cum sit Deus omnia in omnibus, ut per haec vocabula divinarum dispositionum mysteria cognoscantur, non ut ipsa majestas Filii Dei pro-

---

aut dicuntur, secundum id quod Deus est, condigna similitudine aestimari potest, quippe cum ipsis intellectibus et sensibus maior sit.

Ideo praemonuit ut divinitatem substantiae crederes, et verum Filium de vero Patre cognosceres: de qualitate autem rei requirere non deberes, quia quale aut quantum sit, scire non possis. Hoc enim prophetae, hoc apostoli praedicarunt.

Denique pro captu, pro viribus, pro fide nostra intueamur Deus quid sit, et videamus an ei aliquid possit comparari. Certe hic est de quo et cum dicitur, non potest dici: cum aestimatur, non potest aestimari: cum comparatur, non potest comparari: cum definitur, ipsa sua definitione crescit; qui caelum manu sua operit, pugno omnem ambitum mundi claudit; quem totum omnia nesciunt, et metuendo sciunt; cuius nomini et virtuti famulatur hic orbis, et ipsa elementorum sibi succedentium momentanea vicissitudo testatur.

Vide ergo si potest aliquid esse cui possit Pater comparari et Filius; quia talis est Filius, qualis et Pater; non enim ipse se unum cum Patre diceret, nisi talem se, qualis est Pater, sciret.

Ratio quaedam est, quae apud Graecos λόγος nuncupatur, quae inter Patrem et Filium personas vel vocabula distinguit, quia et ipse Filius ratio dicitur. Quae tamen

---

1 Erasm. Lugd. Ven. Lov. sic: *Ratio quidem, quae apud Graecos Logos nuncupatur, inter Patrem*, etc. M.

prie definita monstretur. Hoc enim Filius Dei, quod Pater est, non aliud id est [1], per quem omnia facta sunt. Nam et < ob > hoc Verbum nuncupatur; quia semper in Patre et de Patre, et nihil Pater sine eo iussit aut fecit. Virtus dicitur, quia proprie de Deo est, et omnis potestas in ipso consistit. Sapientia appellatur, quia non aliunde quam de Patre veniens, credentibus arcana caelestia reseravit. Dextera nuncupatur, quia per eum omnia divina opera perfecta sunt. Brachium dicitur, quia ab ipso omnia continentur. Margarita appellatur, ut nihil eo pretiosius habeatur. Thesaurus dicitur, quia in ipso omnes opes, divitiae caelestium regnorum reconditae cognoscuntur, quia per ipsum et in ipso de mari saeculi diversarum gentium multitudo, more piscium, per Baptismum in Ecclesia congregatur, ubi bonorum malorumque discrimen agnoscitur. Aratrum nuncupatur, quia signo crucis ejus dura pectora subiguntur [2], ut necessario semini praeparentur. Fons aquae vivae appellatur, quia ex eo sitientia corda caelestis aquae gratia irrigantur. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam praestat. Lapis angularis dicitur, quia utrosque parietes novi et veteris Testamenti ipse unus et mediator,

---

ratio multis nominibus appellatur; modo verbum, modo virtus, modo sapientia, modo dextera, modo brachium, modo margarita, modo thesaurus, modo retia, modo aratrum, modo fons, modo petra, modo lapis angularis, modo agnus, modo homo, modo vitulus, modo aquila, modo leo, modo via, modo veritas, modo vita. Et ita cum sit Deus omnia in omnibus, ut per haec vocabula divinarum dispositionum mysteria cognoscantur, non ut ipsa majestas Filii Dei proprie definita monstretur.

Quid est enim Filius de eo quod Pater est? Alius idem. Nam et <ob> hoc Verbum nuncupatur quia ex proprio divino ore processit, et nihil Pater sine eo aut iussit, aut fecit. Virtus dicitur, quia vere de Deo et semper cum Deo est, et omnis potestas Patris in ipso consistit. Sapientia appellatur, quia de corde Patris adveniens, arcana caelestia credentibus reseravit. Dextera nuncupatur, quia per eum omnia opera divina perfecta sunt. Brachium dicitur, quia ab ipso omnia continentur. Margarita appellatur, ut nihil illo pretiosius habeatur. Thesaurus dicitur, ut in ipso omnes opes et divitiae regnorum coelestium conditae agnoscantur. Retia dicitur, quia per ipsum et in ipso de mari saeculi diversa gentium multitudo, sicut piscium, per aquam baptismatis in Ecclesia congregatur, ubi bonorum malorumque discrimen agnoscitur. Aratrum nun-

---

1 Ms. Remig., *idem,*

2 In Remig. codice, *subiguntur,* alii et edds., *subiugantur.*

in semetipso continens, copulavit. Agnus appellatur, ut innocentia et passio Christi demonstretur. Homo dicitur, quia secundum carnem propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, quia propter nostram salutem immolari sustinuit. Aquila dicitur, quia post venerabilem resurrectionem ad Patris sui revolavit sedem. Leo est dictus, quia ipse est rex regum, quia mortem ac diabolum virtutis suae potestate comminuit. Via est, quia per ipsum ad Patrem accessus est. Veritas est, quia mendacium nescit. Vita est, quia dat vitam. Ipse universa significat.

3. Est ergo Pater Deus, immensus, aeternus, incomprehensibilis, inaestimabilis. Est et Filius, Deus et Dominus noster, tantus quantus est Pater; sed non aliunde quam de Patre, *quia Ego*, inquit, *de Deo Patre exivi* (*Johan.* XVI 27, 28), hoc est, lumen de lumine. Sed ne ex eo occasionem aliquam haereticus capiat, cum duo nomina vel duas personas, idest, Patris et Filii statuo, quasi duos deos

---

cupatur, quia signo crucis suae dura pectora subiciuntur, ut necessario semini ipsa praeparentur. Fons aquae vivae appellatur, quia ex eo sitientia corda caelestis aquae gratia irrigantur. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam praestat. Lapis angularis dicitur, quia utrosque parietes Novi et Veteris Testamenti unus et mediator in semetipso continens copulavit. Agnus dicitur, ut innocentia Christi et passio demonstretur. Homo dicitur, quia secundum carnem propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, quia propter nostram salutem pati sustinuit. Aquila dicitur, quia post venerabilem resurrectionem, ut rex alitum ad Patris pervolat sedem. Leo dictus est, quia ipse est rex regum, qui mortem ac zabulum virtutis suae potestate comminuit. Via est, quia per ipsum ascensus est. Veritas, quia mendacium nescit. Vita est, quia ipse universa vivificat.

Vides ergo per haec vocabula significationes et dispositiones operum divinorum praeostensas: non tamen ipsum Deum *proprie* definitum? Est ergo Pater Deus, immensus, aeternus, incomprehensibilis, inaestimabilis. Est et Filius ejus, Deus et Dominus noster, tantus, quantus est et Pater: sed non aliunde quam de Patre: «Quia ego, inquit, de Patre exivi (*Joan.* XVI, 28)», hoc est, *lumen* de lumine.

Sed ne ex eo occasionem aliquam haereticus capiat, cum duo nomina, vel duas personas, idest, Patris et Filii statuo, quasi duos deos dicam, ut illi duos ex diversitate confingunt: non autem Patrem et Filium ita nominamus, ut unu Deum in his personis et nominibus consignemus. Viderint philosophi, viderint haeretici discipuli eorum, qui potestatum diversitate variantur: «Nobis tamen unus Deus et Pater», ut Apostolus dixit, «ex quo omnia, et nos ex ipso: et unus Dominus Jesus Christus, Deus Dei Filius, per quem omnia, et nos per ipsum (*I Cor.* VIII, 6)».

ex diversitate confingam: nos vero Patrem et Filium ita nominamus, ut unum Deum in his personis et nominibus assignemus. Porro Pater ac Filius etsi duae personae creduntur, ratione tamen et substantia unum sunt, quia inaequalium societas melioris offensa est, et iniuria est eius qui verus est Deus, si non verus alius comparetur. Deum enim qui iniuste comparat, violat. Cum autem ego Patrem et Filium statuo, unitatem generis assigno; et si illam in personis divido, discretio tamen personarum rursus eadem nomina in unitatem sui, naturali foederis lege, consignat.

---

Nam per duo quid aliud intelligitur, quam duorum per partes divisa substantia, et cum nominibus ipsis dissociata natura agendi ac iubendi tam voluntas, quam imperia divisa? Porro Pater ac Filius etsi duae personae creduntur, ratione tamen et substantia unum sunt. Nam inaequalium societas melioris offensa est, et in iniuriam eius, qui verus Deus est, si non verus alius comparatur. Cum autem ego Patrem et Filium statuo, unitatem generis assigno: et si illam in personis divido, discretiones tamen personarum rursus eadem nomina in unitatem sui naturali legis foedere consignant.

# GREGORIO ELIBERRITANO

## FRAGMENTOS

# FRAGMENTO I

FRAGMENTUM EX TRACTATIBUS IN GENESIN ADIMANTIS SENIS [GREGORII BAETICI] EX CODICE SAMUELICO LEGIONIS

## ADVERTENCIA

Identificado el nombre del Ps. Orígenes con el de Gregorio de Elvira, fácil ha sido reconocer e identificar las piezas que con tal nombre corrían en nuestros códices visigóticos. Mas como el gran exégeta alejandrino suele llevar también el de Adamanto, con este mismo le han prohijado dos, al menos, uno el *De Arca Noe*, y otro sobre el Génesis XV, 9-11, que parece ser el principio de una serie de Tratados sobre el citado libro de Moisés, y que se encuentra en el famoso Códice legionense, del siglo IX, llamado Samuélico, procedente de Córdoba. Parece que el colector distinguía los dos Adamantos, el verdadero, Orígenes, y el supuesto, Gregorio de Elvira, por cuanto al nuestro le da el sobrenombre de *anciano*, *Adamanti senis*. Efectivamente, Gregorio de Elvira llegó a una ancianidad venerable, pues San Jerónimo, que escribía sus *Varones ilustres* por el año de 392, le daba aún por vivo, y dice de él que alcanzó una extrema vejez: *extremam senectutem*.

Ciertamente la parte que ha llegado a nosotros de los «Tratados» de Gregorio Bético es relativamente pequeña, si se tiene en cuenta lo que el mismo autor dice de ellos en algunos de los hoy conocemos. Véase la Advertencia al Tratado *de Proverbiis*, en la que se recogen dichos testimonios. El mismo epígrafe que lleva el fragmento le-

gionense revela esto mismo. Beato de Liébana recogió en su Apocalipsis el Tratado *De Arca Noe*, que se halla en dicho Códice legionense, pero no en la colección de los 20 Tratados. El mismo fragmento es principio de un Tratado que hoy no se ha encontrado íntegro aún. En resumen, que aún falta mucho que investigar en la herencia literaria de Gregorio de Elvira. De presumir es que la publicación de los escritos hasta hoy conocidos contribuya a facilitar la búsqueda y hallazgo de nuevos Tratados, si aún subsisten, en nuestras bibliotecas. He aquí el fragmento legionense, del que hizo un sagaz estudio en *Revue Bénédictine* el ilustre elvirianista Dom A. Wilmart, O. S. B.

EX COD. LEGIONENSIS CATHEDRALIS, N° 22.

1 IT*EM* DE EIUSD*EM* SENIS TRACTA
2 TIBUS IN GENESIN
Capra autem peccator*um* homin*um*
figuram in lege ostendit.
3 ideo et dentes eor*um* maledicit, et pedes
crudeles adq*ue* execrabiles iudicat, [nam]
4 semper abrupta delictor*um* saxa et
dumosam criminum silvam sectant: eten(im) in(de)
5 veloces pedes eor*um* ad effundendum
sanguinem s*anctorum* esse dicit. at cont[tri]-
6 [tio et] infelicitas in viis eor*um*. et iterum:
quorum os maledictione et amaritudine
7 [plenum est]. et: dentes eorum arma et
sagitte et lingua eor*um* gladium acutum.
8 ..... (dentes) malignos capre
et ungulas dicit *h*oc (in loco?)
9 ... ..... et sub *h*ac especie
divisionis (partem bonam?) efficiunt q*ui*a iudeos
10 ..... (se reputant?) filios abrae.
Inde est quod in pasca agnus ex ovibus

11 [occi]di iubetur, idest, qui sit
de carnali et spiritali origine...
12 ..... (de numero pena?) d*eu*s et
deducis elatiorum ratiocio (nationes)
13 ..... est (sed?) adnuente deo de
annor*um* numero tractemus (q*ui*a... est?)
14 .....
(trima?) nominaverit, diligenti(us requiramus?)
16 .....

Los números marginales representan las líneas del Códice partidas. Los paréntesis *cuadrados* indican lecturas suplidas conjeturales; los paréntesis *redondos*, las lecturas aproximadas o parecidas, ilegibles por su estado borroso. Las letras en cursiva, las que se añaden para completar la palabra abreviada en el orignal. El Tratado parece comentar el pasaje del *Génesis* XV, 9-11. Nuestra transcripción rectifica algunas lecturas de A. Wilmart.

# FRAGMENTO II

## ADVERTENCIA

Entre los numerosos manuscritos que, procedentes de Toledo, se hallan en la Biblioteca Nacional de Madrid, merece destacarse por su antigüedad y contenido el 14-22, de fines del siglo IX o principios del X. Aparte del Apologético de Samsón de Córdoba contra Hostigesio de Málaga y del de San Beato de Liébana contra Elipando de Toledo, y otros no menos interesantes escritos, contiene una colección de dichos o sentencias de santos Padres, que aunque en el epígrafe general se atribuyen todas a San Agustín [1], después en particular cada una lleva el nombre del autor de quien se cree que son. Así, el de San Agustín, San Jerónimo, San Ambrosio, San Isidoro, etc. Por cierto que no deja de ser curioso el epígrafe con que va rotulado el tercer fragmento, pues no se lo adjudica a él, sino a su hermana Santa Florentina, declarándola autora del libro que extracta, y que a la letra dice asi: *Item ex libro beate Florentine editum a Domino Esidoro spalensic* (*sic*) *episcopo capitulo quarto*. El texto, como está aquí, no se halla en la obra del Santo *Contra Judaeos*, sino muy *ad sensum*. Es posible que se halle en alguna de las varias redacciones de esta obra, que figuran en los Códices. La que trae el Códice Vigilano, de que tenemos copia, no coincide absolutamente en nada con él. Por otra parte es una noticia peregrina e inaudita ésta que da el epígrafe, pues ni San Isidoro nos dice nada de su hermana que escribiese ningún tratado, como lo dice de su hermano Leandro en la continuación de los *Varones ilustres*, ni la tradición consigna la me-

---

[1] El título es: *Dicta ex libro quaestionum Beati Augustini Hipponensis.*

nor referencia sobre el particular. Pero dejando a un lado este escrito y otros que figuran anónimos, no exentos de interés, vamos a concretarnos al que figura en segundo lugar, y que el colector atribuye a San Jerónimo, con este sencillo epígrafe: *Item Iheronimus.*

El aparecer en este brevísimo fragmento el saludo característico de nuestro Gregorio Eliberritano, *Dilectissimi Fratres*, nos sugirió la idea que tal vez pudiera ser un fragmento de algún *Tratado in Genesin* del mismo, hoy perdido. Ciertamente, en las obras del gran solitario de Belén no se halla, y el estilo y el contenido difieren totalmente de el de San Jerónimo. Tampoco el nombre de este Santo al frente de este escrito es obstáculo alguno para su atribución al Eliberritano, puesto que en los *XX Tractatus in SS. Scripturam* figura su nombre como traductor. Examinemos, pues, brevemente el escrito, y veamos si cabe tal atribución.

En primer lugar está el saludo característico, *Dilectissimi Fratres*, tan repetido en todos los Tratados del Elvirense, a excepción del *De Fide*, que no va dirigido al pueblo, sino al lector erudito y teólogo. Pero, aparte de eso, todo el fragmento está respirando los procedimientos literario-exegéticos de Gregorio Bético: su audacia en proponer soluciones imprevistas y en buscar sentidos no conocidos. En el Génesis, al hablar Dios de Adán, después de haber pecado éste, dice dirigiéndose a él estas palabras: *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis.* La inmensa mayoría de los expositores dan a esta sentencia o expresión un sentido irónico y despectivo. Pero el autor de nuestro escrito cree tiene un sentido real y efectivo, y trata naturalmente de averiguar cómo Adán, después de pecar, pudo llegar a ser como Dios: *ut Deus.* La propuesta es a primera vista enigmática y audaz, y por eso comienza por notar la extrañeza y admiración de los oyentes, máxime si se tiene en cuenta que la sentencia fué dicha por Dios después de pecar Adán, y no antes en su estado de inocencia. «Razón tenéis para admiraros, les dice, si siendo Adán inocente, no era «como Dios», y tan pronto como cometió tan gran crimen o pecado, fué declarado «como Dios»: *Factus est ut Deus.* Sin duda, añade, que de ser así, era muy conveniente que Adán pecase, para que, si su inocencia no nos era de provecho para el cielo, nos lo fuese la culpa de su delito. Mas, lejos de los fieles mancharse con una blasfemia como ésta. Porque si es cierto que

la Escritura consigna haber dicho Dios tales palabras después del pecado de Adán, no lo es menos que cuando las pronunció, ya no hablaba con Adán, sino con su Hijo, el Verbo, por medio del cual como medicina pensaba remediar la salud de aquél. Porque es claro que en el estado de inocencia Adán en modo alguno era «como Dios», ya que acababa de ser creado del limo de la tierra, y no en espíritu vivificante, como dice la Escritura, sino tan solo en alma viviente: recibiendo por esto la *Imagen* de Dios, mas no la *Semejanza* de Dios. Mas transcurrido que hubo el tiempo prefinido y habiendo venido al mundo el Salvador y encarnádose para librarle del pecado, asumió en su persona divina la naturaleza humana, siendo de este modo Dios y hombre, y consiguientemente el hombre Dios, cumpliéndose así la sentencia divina: *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis*. Así, pues, el que al principio era hombre solamente, después de la encarnación es ya Dios. Y así, si examinas atentamente las cosas en sí, verás que Adán se halla en Cristo (*Christus, secundus Adam*, dice San Pablo), y Cristo en Adán, y que con razón se puede decir a la letra: *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis*».

Al leer esta página, nadie que esté un poco habituado a la lectura de nuestro Gregorio Bético, creerá que pueda ser de otro, por el modo de desarrollar el tema y la ingeniosidad en resolver el enigma propuesto. En un fragmento tan corto y tan mal conservado, como éste, difícil es hacer un examen de crítica interna, en el que aparezca con toda evidencia la identidad de pluma entre este fragmento y los restantes tratados del Eliberritano. Pero las coincidencias son muchas.

Ya indicamos antes el característico saludo gregoriano, *Dilectissimi Fratres,* que tanto repite en sus *Tratados in SS. Scripturam*, en el *Cantar de los Cantares* y demás escritos del mismo, reconocidos hoy como indiscutiblemente suyos. Tan característico es, que sola su presencia, y más si se halla repetido, basta para engendrar sospechas vehementes de que se trate de un escrito elviriano. Pasemos, pues, a las comparaciones y contrastes, y veamos qué contactos ideológicos y verbales hay entre ellos.

Ya en las primeras líneas sorprende la denominación del pecado de Adán con el apelativo de «*crimen*»: *at cum tam* grande crimen *admisit, etc.* Pero si repasamos las páginas de los *XX Tractatus in SS. Scripturam*, veremos que esta denominación aparece sinónima

de «pecado». (Elegimos solamente esta obra, por ser la que está al alcance de los lectores en su edición del Escorial, citando solo página y línea). P. 50, 20: *septem capitalia* crimina (i. e. peccata). P. 85, 15: *aut si* crimen summun *est sabbatis aliquid agere*. P. 86,10: *postea sine* crimine *fuisse solutum*. P. 87,20: *si commissum est in religione* crimen *sabbato aliquid faciendo*. P. 88,12: *si scelus est sabbato aliquid agere, ergo omnis cretura* in crimine *est*. P. 109,13: *homo ex corpore ecclesiastico, si hae* crimina *habuerit* (flagitia carnis) *a sacrificio Dei reprobatur*. P. 128, 9: *per uberes paenitentiae lacrymas abluit* (Maria Mag.) crimen. P. 143, 4: *Sic et Adam et Eva... sententia mortis de reatu* criminis *acceperunt*.

Lo mismo dígase de otros términos usados en este fragmento como *de terra plasmatus*, empleado frecuentemente, v. gr: P. 5, 12: *ad imaginem Dei secundum scripturas esse plasmatum*. P. 7, 3: *Habes exteriorem hominem de limo terrae* plasmatum. P. 6,11: *eo quod de humo hominem* plasmatum. P. 7, 19: *hic visibilis est (homo) qui de limo terrae* plasmatus *est*. P. 5, 18: *de limo terrae* plasmavit. P. 32, 2: *a Deo* plasmatus. P. 156, 22: *ad imaginen Dei* plasmaverat. P. 185, 5: *de limo terrae* plasmaverat, etc.

La frase, *Imaginem vultus, non similitudinem conversationis acceperat*, es enteramente gregoriana. Así, en la p. 8, 18, se dice: *Imago enim vultus est*. En cuanto a la palabra «conversatio» como sinónima de «vida moral o inmoral» véanse los lugares siguientes: p. 104,13; p. id. 23; p. 105,17; p. id. 24; p. 111, 15; p. 112, 9; p. 180, 10. Algo parecido hay que decir de la frase *Salvator advenit*. El apelativo *Salvator* es tan característico de nuestro Gregorio, como la de *Redemptor* lo es de San Gregorio Magno. El término *advenit*, en sus diversas formas, es tan usado de nuestro autor, que si no es característico suyo, sí es favorito. Véanse los lugares siguientes, todos referidos a Cristo, en los que emplea en sus diferentes formas esta palabra: *Advenit*, pp. 54, 24; 55, 3; 65, 9; *advenerit*, pp. 64, 22; 92, 14, etc. El término «suppleto» de la frase, *suppleto tempore condemnationis, Salvator advenit*, no lo hemos hallado en los escritos del Eliberritano; mas tampoco aquí hace buen sentido, y así creemos es una mala transcripción del copista por «expleto», del cual sí hallamos en el Tratado IX, p. 97, 6, un claro correlativo: *Expleto praedicationis tempore, passus est Christus*. Respecto de la expresión, *Et*

*ideo*, se halla repetida en los citados *Tratados* 32 veces; también en *De Arca Noe* y en la breve *Exposición del Salmo XCI*. Lo mismo dígase de esta otra, *in semetipso suscepit*, que repite a cada paso en *De fide* y en *Cantica Canticorum*. Otras muchas coincidencias literales se podrían señalar, que omitimos en gracia a la brevedad.

Pero realmente quedaría todo en puras conjeturas, si el pensamiento central, si el *Adam factus est ut Deus*, no se hallase en una forma más o menos explícita en los citados *Tratados*, ya que el Eliberritano se repite con bastante frecuencia. Precisamente el *Tratado I*, de los 20 sobre la Sagrada Escritura, trata de la creación y formación de Adán, y del hombre interior y exterior. A él hay, pues, que acudir para ver si en él —que debía preceder, según el orden del texto bíblico, al que juzgamos fragmento— hallamos contactos y referencias de pensamientos y expresiones.

Aunque todo el Tratado merece tenerse en cuenta vamos a copiar unos pasajes solamente de las páginas 6 y 7, en las que se hace alusión más directa a nuestro tema. Dice así:

> Aliud est imago, aliud similitudo; sed quia iam hominem ad imaginem Dei factus est demonstravimus, nunc de similitudine disseramus... Videtis enim *similitudinem in sanctitate et bonitate* deputari. Denique cum dixisset Deus: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, postea repetens, ait: *Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei;* non dixit ad similitudinem: *Imaginem* enim fecerat in animalem Adam de invisibilitate, de inmortalitate animae: *Similitudinem* autem *in Christo reservavit*, per quem, qui *ad imaginem Dei* factus fuerat, rursus *ad similitudinem reformaretur in ipso*. Sic Apostolus ait: *Primus Adam in animam viventem, secundus Adam in spiritum vivificantem*. Ergo qui in animam viventem factus fuerat, *similitudinem nondum acceperat;* qui autem in spiritum vivificantem factus est, in hunc *similitudo Dei est reformata*. *Imago* enim, *vultus* est, ut iam supra retulimus; *Similitudo* vero, refertur in factis... Haec ergo optanda est nobis *Similitudo*, quae tantam habet felicitatem et *gratiam*, ut QUOD EST PENE INCREDIBILE, «NON IAM HOMO», SED, MUTATA LEGE ET CONDICIONE, «INMORTALIS DEUS APPELLA-

RETUR», ET, QUOD DIXI, «DEUS», NON NATUS SED FACTUS... SED NE DUBITES QUOD DIXI, «HOMINEM DEUM»: IPSE ENIM DEUS DEORUM HOC PERMITIT, HOC «DONAVIT». LABORA VINCERE «UT MEREARIS DICI DEUS», quia, *Ego*, inquit, *dixi: dii estis et filii altissimi omnes.*

Si ahora copiamos el texto de nuestro «fragmento» en lo que tiene de central, observaremos indiscutibles analogías con el que acabamos de transcribir; analogías reveladoras a nuestro modo de ver de un verdadero parentesco o filiación común.

Non enim Adam antea [quam peccaret] erat *ut Deus*, qui nuper de terra plasmatus, *non in spiritum vivificantem*, sed [tantum] *in animam viventem est factus. Imaginem vultus*, non *Similitudinem* conversationis acceperat. At cum post peccatum illius Salvator advenit, et utrasque substantias, Dei et Hominis, in semetipso suscepit, tunc factus est Adam *ut Deus*, quia Christus factus est ut Adam; CUI «DIVINAM IMAGINEM ET SIMILITUDINEM CONVERSATIONIS» PRO SUA, UT LOQUUTUS SUM, ADSUMPTIONE «DONAVIT»; ET AETERNITATEM ATQUE INMORTALITATEM PER CORPORIS SUI RESURRECTIONEM CONCESSIT, ET IN CAELOS UNDE VENERAT VERBUM ILLUC HOMINEM IN SEMET IPSO IMPOSUIT. ET QUI IN PRINCIPIO FUERAT HOMO, NUNC, ADSUMPTIONE DEI, «DEUS EFFICERETUR»; sicut scriptum est: *Ego dixi dii estis et filii Excelsi omnes.*

Después de la transcripción de los citados textos, la discusión sobre la autenticidad o no autenticidad podrá tal vez continuarse. Mas para nosotros queda definitivamente terminada y resuelta a favor de nuestro escritor. Poca cosa es, pero tal vez sea la clave para dar con el Tratado íntegro. Sabido es, según testimonio del mismo, que nuestro Gregorio comentó casi todo el Génesis, Levítico y Números, de los cuales ha llegado a nosotros una mínima parte. Gregorio ha sido el hombre más afortunado de la antigüedad. ¿Quién sabe si la suerte le seguirá favoreciendo con nuevos descubrimientos?

## EX SYLLOGE HISPANA INEDITA INTITULATA «DICTA EX LIBRO QUAESTIONUM BEATI AGUSTINI HIPPONENSIS»

### II. ITEM IHERONIMUS

Quum Deus unus sit, quomodo Ipse dicit: *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, sciens bunum et malum?*

Miramini admiratione, dilectissimi fratres, si quum adhuc esset innocens Adam, non erat ut Deus: at quum tam grande crimen admisit, factus est ut Deus? Quod si ita est, conveniebat omnibus Adam peccare, ut quos innocentia non provexerat ad superna, promoveret culpa delicti.

Sed absit a fidelibus ut tali se piaculo polluant. Nam hoc Scriptura commemorat post delictum Adae dixisse Deum: *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis.* Hoc Pater ad Filium suum loquebatur, idest Verbum, cum quo et per quem salutis illius medicinam futuram praevidebat. Non enim Adam antea erat ut Deus, qui nuper de terra plasmatus, non <in> spiritu vivificante sed <in> anima vivente est factus.

Imaginem vultus, non similitudinem conversationis, acceperat. At quum post peccatum illius, suppleto tempore condemnationis,

---

1 Haec sylloges non ex dictis b. Agustini composita est tantum, sed etiam ex Hieronimo, Isidoro etc. — 6 Genesis, III, 22. — 7 miramini admirat. *conieci. Fort.* Mira hominis mutatio. *Cod.* Miramiammiratio, *sed confuse.* — 9 ut Deus, *cod.* — 9 combeniebat, *cod.* — 12 afidelibus, *cod.* — 13 ade, *cod.* — 15 quum quem et per quem, *cod.* — 16 prebidebat, *cod.* — 17 in [1], *om. cod.* spiritu vivificante, *cod.* spiritum vivificantem, *scrip. S. Paul.* 1 Cor. XV, 45. — 17 in [2] *om. cod.* animam viventem, *Gen.* II, 5, *et Paul.* 1 Cor. XV, 45. — 19 bultus, *cod.* — 20 ad, *cod.*

Salvator advenit, et utrasque substantias, Dei et Hominis, in seme ipso suscepit, tum factus est Adam ut Deus, quia Christus factus est ut Adam, cui et divinam imaginem et similitudinem divinae conversationis pro sua, ut loquutus sum, adsumptione donavit; et aeternitatem atque inmortalitatem per corporis sui resurrectionem concessit; et in Caelos, unde venerat Verbum, illuc Hominem in semet Ipso impossuit. Et qui in principio fuerat Homo, nunc adsumptione Dei, Deus efficeretur, sicut scriptum est: *Ego dixi*: *Dii estis et filii Excelsi omnes.*

Et ideo ait: *Ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis, sciens bonum et malum.* Nam etsi certius requiras, et Adam in Christo, et Christum invenies in Adam. Et ideo ait: *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis.*

---

1 Salbator, *cod.* — 1 adbenit, *cod.* — 1 utrasque substantias, Dei et hominis, in semetipso suscepit... Cfr. *Cant. II, 10:* Licet sit permixta, Dei et hominis substantia, etc... ...Ac proinde Dei et hominis in eadem, ut dixi, carne, temperatum est... — 1-2 in semetipso suscepit... Cfr. *Cant. II, 8:* quia generalem... humani corporis Deus in semetipso suscepit. — 1-2 semedipso, *cod.* — 2 Quia, *cod.* —3 divina imagine, *cod.* — 3 similitudine divine, *cod.* — 4-5 et aeternitatem atque inmortalitatem pro corporis sui resurrectionem concessit. Cfr. *De Fide VIII, col. 595, PL.:* Sed ut suscepto homini inmortalitatem atque aeternitatem caelestis vitae praestaret. — 7 nunc assumptione Dei... Cfr. *Cant.* I, 7: Sponsa, Formosam autem propter assumptionem Dei... — 8 est: Ego Dixi, dii, etc. *cod.* — 8 ego dixi, *Ps. LXXXI, 6.*

# ADVERTENCIA

Estando preparando el texto de la obra inédita de Tajón de Zaragoza «Exposición de todo el viejo y nuevo Testamento con sentencias de San Gregorio Magno», al terminar la exposición del *Ecclesiastés* nos encontramos con dos breves fragmentos del ilustre Gregorio Eliberritano, fragmentos a su vez de uno o dos *Tratados*, hoy desconocidos aún, que, aunque breves, no carecen de interés, y sobre todo, que pueden servir de clave para dar con el tratado o tratados completos, al mismo tiempo que revelan la existencia de una colección más amplia que la que conocemos de los *XX Tratados in SS. Scripturam*. Es muy posible que la fortuna nos depare nuevos hallazgos en las grandes y voluminosas Colecciones de Sermones, muchos aún inéditos, que se conservan en la Biblioteca Nacional y en la de la Real Academia de la Historia.

Los presentes fragmentos es casi seguro que figuraron primitivamente a nombre de San Gregorio Magno, como figura la Exposición del *Cantar de los Cantares*. Es desde luego muy significativo que en el Códice Rotense 2 aparezca el *Cantar de los Cantares* de Gregorio Eliberritano con la inscripción a nombre de su omónimo el Magno de Roma, aunque la suscripción consigna claramente el del Eliberritano, caso raro y único por cierto.

Admitida la paternidad de los Comentarios a los Sapienciales como de Tajón de Zaragoza, que adelante probaremos, hay que atribuirle también la paternidad del opúsculo tan traído y llevado *De aenigmatibus Salomonis*, que en los Códices aparece anónima, a excepción de uno de la Biblioteca Nacional de Madrid, del siglo XVI, que lo atribuye a Justo de Toledo. Ahora bien: precisamente en este

opúsculo se utiliza, como demostraremos en su lugar, el Tratado de Gregorio de Elvira que le hemos vindicado nosotros, intitulado frecuentemente en los manuscritos, *De Salomone* y *De Proverbiis Salomonis*. Hay pues una presunción fundada de que Tajón manejó una Colección de *Tratados* de Gregorio de Elvira, al que él confunde con el Magno, más amplia que la que hoy conocemos.

¿Qué pruebas pueden alegarse para demostrar la filiación cierta, inequívoca, de estos dos fragmentos como del Eliberritano? Para el primero está ante todo el saludo consabido y repetidísimo, *Videtis ergo, dilectissimi fratres, de temporibus, etc.* La frase: *sed et hominem, ut dixi, quem suscepit quem induit.* Pero sobre todo está la última frase que coincide literalmente con el texto *De fide*, al final. Véanse a dos columnas, para mayor claridad de coincidencia, los dos textos.

| **De fide.** | **Fragmento 1º** |
|---|---|
| Virgo concepit... et peperit, idest, Deum homini suo, ut iam dixi, sociatum, sicut ipse dixit: *Quod nascitur de carne caro est, et quod nascitur de spiritu spiritus est...* Quem etsi *passum credimus* et *sepultum*, sed homo ille passus est *quem* filius Dei *suscepit, quem induit...* Tertia die *rexurrexit non Deus in homine, sed homo* potius *in Deum.* | Sic enim natum de Virgine debetis accipere ut... *et hominem, ut dixi, quem suscepit quem induit*, hunc dominum et hominem natum credamus. Quia *quod nascitur*, inquit, *de carne caro est et quod nascitur ex spiritu spiritus est. Passum* autem et mortuum *et sepultum*, et resurrexisse non Deum sed hominem, *quia non Deus in homine, sed homo in Deum resurrexit.* |

El fragmento segundo aparece igualmente con todos los caracteres de autenticidad Elviriana. Toda la fraseología, toda la terminología e ideología es del Eliberritano. Para abreviar pruebas, vamos sólo a citar dos contactos literales con el *Tratado II y IX in SS. Scripturam*, que dejan la cuestión fuera de toda duda. Véanse ambos textos, a dos columnas, como hemos puesto anteriormente.

| **Tractatus II.** | **Fragmento 2º** |
|---|---|
| Figura erat civitatis *Jherusalem* in qua pro tempore lex et prophetae, ipse quoque dominus et apostoli habitarunt; | Fuit tempus quo custodita est a domino et protecta civitas *Jherusalem*... et fuit tempus quo relicta est et expulsa. |

*quae postea sicut casa in vinea, secundum Esaiae dictum, relinquenda est. Quando autem casa in vinea relinquitur, nisi cum vindemia consummatur? Sic et consummata vindemia dominicae passionis* relicta est Sion, sicut casa in vinea. Sed quid est illud quod tres, etc.

*Tractatus XI, in SS. Scripturam.*

Duo quoque viri, duorum, ut dictum est, populorum figura fuerunt. Hic ergo *botrus venerabili crucis ligno compressus nobis* in se credentibus *vinum sui sanguinis propinavit;* unde beati apostoli et omnis credentium, etc.

*Sic enim Esaias praedixit: Et derelinquetur filia Sion ut [umbraculum] casa in vinea. Quando autem relinquitur casa in vinea, nisi cum vindemia consummatur? Sic et consummata vindemia dominicae passionis*, botrus ille venerabili crucis ligno, etc.

*Fragmento 2º*

Passionis, *botrus* ille *venerabili crucis ligno compressus* novum *nobis sanguinis* salutare *poculum propinavit.* Tunc ergo relicta est Jherusalem, etc.

Las pruebas, como se ve, no dejan lugar a dudas. Lo que no es fácil saber es si estos dos fragmentos (puesto que el versillo y comentario final, que se siguen, no son ya de nuestro Gregorio, sino del Romano o Papa), pertenecen a un tratado solo, o a dos. Yo me inclino a creer que son de uno mismo, ya que el comentario se refiere a dos textos del *Ecclesiastés* casi seguidos, del capítulo tercero, traídos aquí al final extemporáneamente por el comentarista zaragozano. Con toda seguridad, que el *Tratado* de Gregorio de Elvira comprendía la explicación de todos estos versillos que empiezan con *Tempus*. Tal vez ahora sea más fácil dar con él entre los escritos supositicios de los Santos Padres.

# FRAGMENTA IN ECCLESIASTEM [GREGORII ELIBERRITANI]

*Tempus nascendi et tempus moriendi.* (Ecclesiastes, 3, 2.)

Videtis ergo, dilectissimi fratres, de temporibus dominicae nativitatis et mortis haec fuisse praedicta. Sic autem natum de Virgine debetis accipere, ut non solum illud principale verbum, quod dicitur, est, sed et hominem, ut dixi, quem suscepit, quem induit, hunc dominum et hominem natum credamus. Quia *quod nascitur*, inquit, *de carne caro est, et quod nascitur de spiritu, spiritus est.* Passum autem et mortuum et sepultum, et resurrexisse non Deum sed hominem, quia non Deus in homine sed homo in Deum resurrexit.

*Tempus custodiendi et tempus expellendi.* (Ecclesiastes, 3, 6.)

Fuit itaque tempus quo custodita est a Domino et protecta civitas Iherusalem, quae fuit mater civitatum Juda, et fuit tempus quo relicta est et expulsa.

Sic enim Esaias praedixit: *Et derelinquetur filia Sion, sicut* [umbraculum] *casa in vinea.* Quando autem relinquitur casa in vinea, nisi cum vindemia consummatur? Sic et consummata vindemia dominicae passionis, botrus ille venerabili crucis ligno compressus, novum nobis sanguinis salutare poculum propinavit.

Tunc ergo relicta est Iherusalem ut casa in vinea, quia jam, passo Xristo, custodes angeli ab ea cum eodem Domino recesserunt. Nam sicut culmus in segete non propter se sed propter spicam a do-

mino custoditur, collecta autem fruge, stipula in perditione relinquitur; ita Iherusalem, non propter se principaliter, sed propter Jehsum Christum Dominum nostrum, qui exinde secundum carnem nasci habebat aliquandiu, est custodita. Collecto autem frumento, id est. Christi corpore, unde panis vitae caelestis effectus est, tunc desolata et derelicta est Iherusalem, sicut stipula post messem, sicuti post vindemiam casa in vinea. Et hoc est quod ait hoc in loco scriptura divina: *Tempus custodiendi et tempus expellendi.* Fuit enim tempus quo custodiretur, et fuit tempus quo expelleretur.

---

EXPLICIUNT OPERA GENUINA
GREGORII EPISCOPI ELIBERRITANI

---

# OPERA ADTRIBUTA

## GREGORIO EPISCOPO ELIBERRITANO

## ADVERTENCIA A LOS DOS TRATADOS

Estos dos Tratados atribuídos a Gregorio Eliberritano, el uno por el P. Vaccari y el otro por mí, después de un maduro examen de su estilo, de su lenguaje, de su doctrina y tecnicismo exegético, no nos atrevemos a atribuírselos de modo seguro por su discrepancia especialmente de estilo. Hay notables coincidencias, sí; pero no las suficientes para engendrar una certeza moral de su genuinidad. El texto de ambos es ciertamente antiguo, y los textos bíblicos, anteriores a la Vulgata. Mas ninguno de ellos es característico y exclusivo del Eliberritano. No obstante, como la autoridad del P. Vaccari tiene su peso, y las razones que se han alegado no son del todo despreciables, nos hemos movido a colocarlos en forma de Apéndice como obras *supositicias*. Ciertamente los dos son de la misma mano, pues en los dos se emplea el término *nidor* para significar el olor de los sacrificios y otros casi idénticos. El texto *De diversis generibus leprarum,* se halla en el Códice escurialense a-II-3, f° 10, con bastantes diferencias, pero sin mejorarlo. Hemos cotejado este texto con el capítulo de San Isidoro *De diversis generibus leprarum*, y realmente no coinciden en nada que pueda significar conocimiento y utilización de este opúsculo.

# EPISTOLA XXXIV

## DE DIVERSIS GENERIBUS LEPRARUM

I. Admirabile divinae dispositionis examen, quae exhiberi sibi Deus ac deferri voluit magno consilio, et solerti scientia ac ratione mandavit. Diversa enim hominum moribus genera naturarum, diversis statuit praeceptorum sententiis gubernari. Aliis enim imaginarium legis opus, quasi sub veritatis colore depinxit. Aliis corpus ipsius veritatis declaravit. Quos enim obvolutos adhuc mundi caligine ad comprehendenda ea quae germana erant ac solida perpendit, eis, observantiae ordine suspenso, subtili quodammodo examine susurravit; quos autem deprehendere posse absolutum praedicationis carmen agnovit, eis Deus perfectam harmoniam solidae vocis intonuit. Inde est quod figuris et aenigmatibus lex prisca depingitur, quoniam dum infirma Judaeorum acies hebetatur, et candidum scientiae claritatis vigorem inspiciendi lumen non habent, necesse est ut in variis figuris figurarum color adhibeatur. Nam illis, et virtutum praemia, supposita spe, promittuntur; et peccatorum notae inuruntur in corpore. His enim confirmantur alii, quibus alii transferuntur. Praesens lectio exigit hujusmodi ferre sermonem, quae diversa leprarum genera deprehendenda in diversis materiis designavit. Alia enim lepra in parietibus demonstratur. Alia humano notatur in corpore. Alia in vasculis, alia in veste, alia designatur in stamine. Deinde, quae in hujusmodi vulneris loco, crebra ac varia pellicula deputantur. Quid enim dicam? Tot sunt genera quot colores: alia pallida, alia tetra, alia rubicunda. Deinde si homines lepra, quod est insitum neturae vitio, polluantur, quid hi faciunt, qui gravioribus morbis corporum praegravantur?

II. Sed age jam. Videamus genera leprarum, ut medelarum causas agnoscere atque probare possimus. Si fuerit, inquit, lepra

alba vel rubicunda, sive tetra, vel pallida, vel si florens, ait, hoc est toto corpore decurrens. Nam est detestabilis lepra, quae omnino mundari non possit. Est et quae facilem habeat mundationem. Alia quoque adventitia, alia innata deprehenditur. Quae omnia, nisi spiritualiter sentiantur, rationem inteligentiae simplices non admittunt. Nam divina sapientia, legis suae profundum in hujus extrema saeculi regione, quasi templum suo nomini consecratum, intra civitatis alterius moenia collocavit. Cujus constructio atque opus, quanvis magnificum videatur, interior tamen aditus non omnibus reseratur. Multi enim mirantur ornamenta vitiorum; sed interioris scientiae aditus reserare non possunt.

III. Quare oranda est divina dignatio, ut pulsantibus nobis, intelligentiae patescat ingressus. Jubetur igitur diversa leprarum genera sacerdos templi diligenter inspicere, atque earum habitus, vel colores, pleniori consideratione deprehendere. A coloribus enim lepra refertur posse agnosci; quos, tamen, ad peccatum magis animae, quam ad morbum corporis, manifestum est pertinere. Diversi etenim colores, diversae animi indicant maculas. Cum igitur pallida lepra conspicitur, languens et aegra fides animae denotatur. Cum autem rubicunda deprehenditur, mens furore atque iracundia inflammata et homicidii cruore respersa cognoscitur. Cum vero alba, tunc haereticorum fucata et male munda conscientia condemnatur.

IV. Sed alia lepra in capite, alia oriri perhibetur in barba. Sunt enim haeretici qui Deum Patrem videntur tantummodo blasphemare, ut Manichaeus, qui non solum eum factorem denagat mundi, verum etiam malorum profitetur esse auctorem. Hi sunt qui lepram in capite portare videntur. *Caput enim,* inquit Apostolus, *viri, Christus est* (I Cor. XI, 3). Quae vero lepra in barba portatur, hi sunt qui blasphemare videntur in Filium. Christum enim in adventu pristino, perfecti viri aevum agentem, quasi tricenariae aetatis virilitas decoravit. *Sed et si tetra*, inquit, *et livida fuerit:* quid alium quam lividam et livoris maculis exsecrandam designat? *Si autem*, ait, *nigra fuerit lepra*, fumo utique idololatriae, et sacrificiorum nidoribus est notata. *Si autem*, inquit, *florens lepra fuerit, et cooperuerit omnem florem maculationis a capite usque ad pedes, visu sacerdotis dijudicabitur. Videbit enim sacerdos: et ecce lepra cooperuit omnem pellem corporis, et mundabit illum sacerdos maculatione quoniam in album mutabitur.*

V. In hac lepra, quam quasi albam et florentem designat, diversa crimina varie deprehendit: quia cum mundialis vitae voluptas, quasi candida et florens existimatur, tunc grave vitiorum contagium grassatur in corpore: nam aut avaritiae, aut libidinis maculae perpatescunt. Sed hanc lepram cito, dicit, posse mundari. Avaritiae enim crimen facile curare potest qui, conversus ad Dominum, et ea quae possederit indigentium alimoniae ministraverit; ita ut Dominus in Evangelio ait: *Verum date eleemosynam, et ecce omnia vobis munda sunt* (Luc. XI, 41). Libidinem quoque celeriter mundare poterit, si jejuniis frequentissimis et abstinentia corpus retinuerit. Sed his omnibus medelam per sacerdotem praecepit Dominus adhiberi. Dicit enim esse lepram quae sacrificiorum oblationibus emundatur, aliam vero quam aquae facilius abluunt; necnon et quae extra castra posita mundatur. Esse quoque lepram asserit, quae mundari omnino non possit.

VI. Horum igitur secundum figuram graviorum peccatorum crimina congregantur. Alia sunt quae ante baptismum videntur esse commissa; quae tamen per gratiam baptismi diluuntur. Alia vero quae post lavationem baptismatis perpetrantur; quae sive graviora sive minora peccata sint, visus tamen sacerdotis emundat. Quodcumque enim modicum delictum fuerit, potest a sacerdote omnino relaxari. Quae autem graviora sunt, disciplina debent ecclesiasticae regulae et oratione purgari. Quae vero insanabilia sunt, Deo judici reservantur. Et inde est quod in hoc loco ait: *Unumquemque, secundum quod habet propriam curationem, sacrificium offerre debere*: id est, unusquisque secundum quod se deliquisse cognoscit, sive per carnalem concupiscentiam seu per idolatriam, seu perjurio, seu mendacio, quasi leprae se vitiis intelligit maculatum, prout potuerit, Deo sacrificare non desinat. Sed dicit, *genus esse leprae, quod omnino mundari non possit: et ideo* hujusmodi *homo extra castra jubetur expelli.* Hoc est sane crimen quod admittitur in Spiritum sanctum, blasphemiae scilicet, sicut ipse Dominus in Evangelio ait: *Qui peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei neque hic, neque in futuro* (Matth. XII, 32).

VII. Adjecit autem Scriptura divina, lepram esse in vasculis, lepram in parietibus, lepram in vestibus, lepram in stamine. Sed quomodo in his rebus lepra esse possit, penitus ignoro. Quae, quia

vita carent, etiam sensu carere necesse est. Sed ego arbitror cum in parietibus domus lepra esse referatur, haereticorum perfidiam notari. Quid enim non polluitur, ubi adulterinae doctrinae blasphemia praedicatur? Ideo hanc lepram sacerdos jubetur a parietibus emundare, ut catholicae veritatis doctrina maculosa haereticorum verba depellat. Cum autem lepra in vasculis dicitur esse, proprii corporis delicta monstrantur. Vasa autem hominum corporibus comparat Apostolus: *Habentes, inquit, thesaurum hunc in vasis fictilibus* (II Cor. IV, 7). In stamine autem quomodo lepra esse potest, nisi quia stamine anima hominis fidelis designatur? Quae, cum tentationibus, ut fusum filorum tenuitate, torquetur, firmioris virtutis soliditate constringitur.

VIII. Stat ergo anima, ut densissimum stamen erecta; corporis vero sensus, ut trama stamini subjacebit. Et ideo etiam in trama lepram esse designat; quia alia corporis, alia animae peccata significat. Sed quid pro mundatione leprarum, aut duo agni anniculi, aut tortula olei, aut duae [1] gallinae jubentur offerri? In duobus ergo agnis, duo Christi significantur adventus, in quibus credere oportet, ut emundari a lepra peccatorum prius mereamur: unum cum venit et passus est, alium quo est venturus in gloria. Sed *vitulum*, inquit, *offerat:* hoc animalium genere, gentes crucis Christi jugo subjugandas esse demonstrat. Duae gallinae animam indicare videntur et carnem. *Sed unam*, inquit, *gallinam occides, alteram aqua ablues, et dimittes.* Caro utique in passione jubetur occidi; anima vero, quae per naturam aeternae morti videtur esse subjecta, abluta aqua baptismatis, a criminibus relaxari.

IX. Sed *et lignum*, inquit, *cedrinum.* Imputribile hoc ligni genus esse, nemo est qui nesciat. Ergo per cedrum, incorruptam mentem et stabilem fidem voluit ostendi; hyssopum autem, preces orationesque demonstrat. Sed et coccum, scilicet, martyrii gloriam manifestat. *Qui mediocris est*, ait, *quod valet offerat*: id est, si quis non

---

[1] In texto autem dicuntur עפורים, quod est, *aves, aviculas, passeres*; Graece ὀρνίθια. Et sane, cur dixisset Moyses gallinas mundas, cum sit utique gallina ex mundorum genere? Verum ita olim Origenes est interpretatus; nec visa est aliis ex Patrum choro expositio illa incongrua.

omnes divitias caelestium est charismatum consecutus, vel potest etsi minimum Deo devotionis suae deportare obsequium. Ut si virginitatem quis observare non potuit, unius conjugis saltem castum cubile custodiat; vel qui martyrii tropaeum non valuit reportare, fugae se praesidiis Deo servet invictum. *Et olei*, inquit, *tortulam offerat;* utique misericordiae gratiam: etiam, si clarissimam sanctimoniae facem praeferre non valuit, lucernam saltem fidei non extinguat. Videtis ergo, dilectissimi fratres, nullam esse tam exiguam spiritualis gratiae paupertatem, quae ad offerendum sacrificium Deo non quamcumque possit sanctimoniae oblationem offerre.

# EPISTOLA SEU HOMILIA

## DE DUOBUS FILIIS, FRUGI ET LUXURIOSO

I. Omnium quidem de Scripturis quaestionum absolutio illi soli, ita ut est, est nota, qui dixit: *Ego sum veritas* (Joan. IV, 6). Nos autem oportere pia voluntate accedere, et speciali sensu ad inquisitionem *divinarum Scripturarum;* scientes, quod si aliquod vere invenerimus bonum desiderium mentis attentae Deo, inter fines beatitudinis ejus erimus; de qua dicitur: *Beatus vir qui implevit desiderium suum* (Psal. CXXVI, 5). Qualis autem sit hujus concupiscentiae species, adjectio beatitudinis facile declarat audire volentibus, id est, prudenter audientibus. Quod si non potuerimus ad plenam veritatis ipsius intelligentiam pervenire, nec tamen sic longe erimus ab illa beatitudine, quam capiunt, qui *implent desiderium suum.* Neque enim si non ceperimus id munus, cujus praestandi potestas in alterius manu posita est, reprehensionem sustinebimus; sed si in his quae agere praecipimur pareamus, praemium laudis juste adipiscimur.

II. Quoniam ergo omnimode demonstratum est, non solum nullius periculi, sed et plurimae utilitatis esse scrutari *divinas Scripturas,* disquiramus illam Evangelii parabolam, quae est de patre et duobus filiis (Luc. XV). Nam unius rei causa et de ove et de muliere comparationes nobis contexto ordine supra recitatae sunt. Quaeritur ergo quis ille senior sit frater, qui ex dimidio datam sibi paternae substantiae portionem custodivit, et inseparabilem cum patre suo vitam agere dilexit; quis vero junior, qui accepta similiter ex patre substantia, profectus est in longinquam regionem, et profligatis illic omnibus partis suae facultatibus, ad inopiam redactus, porcos alienos pascere coactus est. Sed et qualitatem paenitentiae ejus non omittamus, et laetificati patris promptam remissionem modestamque pietatem;

qui, revertenti filio, discessionis praeteritae levitatem et dissipatae substantiae flagitia non exprobrat; sed venientem, clementer suscipit, et occurens salutat, et gratulans osculatur, incumbens requiescit in eo, et vitulum illum saginatum pro laetitia recepti filii epulandum immolat. In quo, compunctus senior frater dicit patri, etc. Haec quae per partes digesta sunt expositio vestris *sensibus intimabo*. Necessarium enim est ante omnia percunctari causam, pro qua, et quid volens de propositis *Salvator* ostendere, hujusmodi parabolas Judaeis aptaverit. Si enim vobis causa talium comparationum patuerit: tunc ea quae de ipsis sentimus, an rationabiliter congruant veritati, facile dignoscitur.

III. Sunt itaque qui dicunt de duobus filiis istis: seniorem angelos esse et archangelos, vel omnem caeli militiam; minorem vero ponunt hominem; qui, in longinqua peregrinatione abivit, quando ad terram de caelis et paradiso cecidit; et aptant quasi scientia respicientis ad casum vel statum Adae. Sed hic sensus, pius quidem videtur; nescio tamen si verus sit. Dicit aliquis: Quare? Quia minor filius et junior ad paenitentiam venit sua sponte, recordatus praeteritae abundantiae patris sui, sicut habet series lectionis. Dominus autem veniens, ad poenitentiam vocavit humanum genus, cum sua sponte regredi, unde ceciderat, non cogitaret. Deinde senior filius, si chorus est caelestium angelorum, ut praedictum est, quomodo in reditu et salute fratris sui, et in vituli immolatione tristatur, cum in eodem Evangelio dicat Dominus: *Laetitiam esse in caelo apud angelos super uno peccatore paenitentiam agente?*

IV. Discutiamus ergo hujus parabolae rationem, non ut illum alium intellectum vituperemus, sed magis ut cum sensu illo, id *quod nos sentimus*, vestris dijudicandum arbitriis conferamus. Jam enim causam exponamus, quam et Domini sermo subjungit, de superiore causa hanc parabolam introducens, sicut praefati sumus, singularum in his parabolis personarum memoriam facientes. Murmurabant Judaei, et *urebantur invidia*, quod a Domino nostro Jesu Christo peccatores suscipi, simul etiam convivari, et publicanos libenter doctrinae *Salvatoris* intendere viderant. Ad hanc ergo insolentiam Judaeorum aspiciens Dominus, qui reprehendebatur ab eis, incipit primam de pastore illam parabolam, ubi nonaginta et novem ovibus derelictis, ad unam quae aberraverat requirendam abiit. Et subnectit huic aliam parabolam de drachma decima, quam perditam intra domum suam

accensa lucerna mulier invenit. Deinde haec de filiis duobus parabola subsequitur, secundum dispensationem et providentiae divinae ordinem harum comparationum textum faciens. Nam quia ipse princeps et auctor salutis nostrae est, seductum hominem et dolo diaboli perditum salvare incipiens et perfectioni restituere hoc est, numero centesimo reddere, in quo perfectionis plenitudo numeratur. Hinc initium comparationis facit. Subjungit autem et mulieris personam, arguens Judaeos, docens autem Ecclesiam; et hominem, quasi erraticam ovem diligens pastor inquirit. Quem hominem, drachmam nominat, propter monetae regalis similitudinem: *figuraliter* in drachma, quae pecuniae genus est, quod illi tamquam nummo, imago et inscriptio regis caelestis insculpta sit. Quaerit ergo eam drachmam mulier accensa lucerna, et mundata domo invenit: hoc est, homo illuminatus verbo et misericordia Dei, gloriam naturae suae, in qua ad imaginem creatoris sui factus est, quam obscurata peccatis domo cordis, in tenebris cordis amiserat; emendatis sensibus, reperit: et gaudio gaudet, quod omnem immunditiam interioris aulae, studiis disciplinae specialis absterserit; et contractas animae de rebus et curis saecularibus sordes, orationibus et increpationibus expurgatas excusserit.

V. Secundum praedictum, consequenter annectit parabolam de duobus filiis, collationem, ut mihi videor, volens facere, non de Judaeis transgressoribus, nec de *gentibus perditis*, sed de populo ejus qui per patientiam redditur saluti, quem iuniorem filium nominat: Seth, Enos et his juniores, qui ab Eva usque ad *Salvatoris* humanum adventum, secundum justitiam legis viventes justi videbantur. Ergo quod ait iuniorem et seniorem, non in ordine temporis, sed in voluptatum qualitate, praeponens se ei, qui non voluntarie, sed alieno dolo circumventus aberraverat sicut ovis, hoc est, irrationabili animali imprudentem hominem comparans, sollicitudinem pastoris adhibens, ut quaerat ovem perditam et reportet inventam. Ei vero qui arbitrii sui libertate utitur, et recognoscit unde ceciderit, paenitentiae et reversionis utilitatem accommodat. Unde haec inter parabolas supradictas ratio distinctionis est secundum personas vel mentes peccantium; ut pater filium non requirat peregrinantem, sed recipiat poenitentem. Pastor vero ovem errantem, et non sapientem reverti, requirat, et humeris suis referat.

VI. *Videamus nunc si consonent*, quae significata sunt ad hanc expositionem. Dicit Scriptura, dividere patrem ex aequo filiis duobus substantiam suam. Et quam substantiam hic evangelicus pater dividit filio spirituali, nisi sapientiae intellectum, scientiam boni et mali, quae verae et perpetuae sunt opes animae bene viventi? Dat autem hic pater divitias suas ex aequo. Non enim quisquam aut justus aut peccator nascitur; sed quae ex Deo est, in prima nativitate hominis, portio substantiae rationalis aequaliter cunctis nascentibus datur. De subsequente autem *conversatione* unusquisque plus aut minus hujus substantiae possidere invenitur, dum in semetipsis per dissimilitudinem voluntatum, negligentes deserunt, diligentes autem custodiunt, ut naturalia bona. Alius autem memorat, intelligens Domini Creatoris ea quae a Deo Patre sumpserit, ita ut sui ea patris esse credens, quasi paterna custodiat. Alius autem sua ex se sibi esse aestimans, sicut propriae possessionis licentia dissipandis abutitur, et cito profligata facultate privabitur. Describitur autem in istis et evidenter ostenditur libertas arbitrii, quam animae rationali specialiter addidit creator Deus.

VII. Vide, ergo, pater iste quomodo nec illum volentem discedere retineat, nec liberi arbitrii auferat potestatem; neque alium, manere cupientem, cogat abscedere, ne forte frequentium malorum, quae postea his suo vitio acciderent, ipse potius auctor esse videatur, si illis libertatem propriae voluntatis absciderit. Itaque et petenti dat, quia ex nobis, non a Deo, inopiae et offensionis nostrae causa proficiscitur. Accipiens autem partem suam junior, peregre, inquit, abiit longe. Quod ait, longe, non locorum intercapedinem, sed declinationem mentis expressit. Qui enim oblivionem Dei ceperit, hic vere peregrinari a Deo dicitur. Sicut e contra, *conversatio saecularis* non solum peregrinum, sed alienum Domino facit. Et, *ut breviter dicam*, peregrinantes a saeculo, praesentamur ad Dominum: sic etiam, permanentes in rebus terrenis, a caelestibus exsulamus. *Denique* Cain exiit a facie Domini et longe efficitur (Gen. IV, 16), non quia locus aliquis foris esset a conspectu Dei, sed quod sua mente divisus esset a Domini respectu, propter homicidium separatus a Deo. Hanc ergo peregrinationem per magnam ignorantiam peregrinatos fuisse nos, sciens beatissimus Paulus, dicit: *Vos qui aliquando longe fuistis, nunc autem facti estis prope* (Eph. II, 13). Hujusmodi ergo pro-

fectus, peregrinationem junior ille filius assumit, et devorat praedictae portionis suae de paterna haereditate substantiam: utique spiritualibus destitutus opibus, id est, providentia Dei et intellectu; cum porcos pascere cogitur, hoc est, sordidas et immundas in anima sua cogitationes nutrire, ut ederet escas irrationabiles; *pravae conversationes,* dulces quidem egenti bonorum, quia suave perversis videtur omne opus carneae voluptatis; quod seductio desiderii et corruptio vitae est, quae virtutem et fortitudinem animae, non modo nullam praestat, sed totum penitus enervat et perimit. Hujusmodi cibos, quasi porcinos et male dulces, prout sunt dilectio, carnium illecebrae, siliquarum nomine Scriptura designat.

VIII. Itaque ille digressus a patre, et in longinquam peregrinationem profectus, in terra aliena consumptis facultatibus quae supradictae sunt, omnia digna perpessus, et postea malorum suorum necessitate constrictus, hoc est, et fame et egestate, paenitet erroris sui; et sentit quid ipse sibi nocuerit, qui non de judicio voluntatis suae, sed de patre ad alienos, de domo ad exsilium, de opibus ad eleemosynam, de abundantia ad famem transierit, in hoc loco servitutis et miseriae reminiscens, incipit cogitare de reditu, et secum ipse reputans dicit: *Dicam* patri *meo*: *Peccavi in caelum et in conspectu tuo: suscipe me, sicut unum de mercenariis tuis.* Ostendit Scriptura hunc patrem non hominem *intelligi debere*, sed Deum. Quandoquidem non solum caelum nominat in confessione peccatorum paenitens suplex, sed dicit *in conspectu tuo.* Deus enim est in conspectu peccatorum omnium solus. A quo nec in corde meditata peccata abscondi possunt: *Scrutans,* inquit, *corda et renes Deus* (Psal. VII, 10) Verum nobis hoc ex loco caelum intelligitur Dominus noster Jesus Christus: ad quem hi gentiles, qui in tenebris infidelitatis viventes blasphemaverant, jam conversi ad fidem, confitentes veritatem Dei, in paenitentia erroris sui juste dicunt: *Peccavi in caelum et in te.* Qui enim in caelum peccat, quod etsi supernum sit, tamen visibile et lunaticum est, ipse est qui peccat in hominem, quem suscepit Filius Dei pro salute nostra. Proinde in Patrem Deum, omnia speculantem, peccat.

IX. His igitur cogitatis, resipiscentem et per confessionis humilitatem ex regione longinqua remeantem filium ad se videns pater, laetatus occurrit, amplectitur et osculatur. Aperte hic caritas in homines divina describitur. Quid enim aliud est, quod occurrit, nisi

quia nos, peccatis impedientibus, nostra virtute ad Deum pervenire non poteramus? Ipse autem potens ad invalidos pervenire, descendit: sicut de Zachaeo operibus ipsis significantibus exprimitur: quod cum desiderasset videre Dominum, et ob hoc in arborem conscendisset, praeveniente Domino, conspicitur, et vocatur; et illico Dominus in domum ejus ad convivandum ipse declinaturum se esse promittit. Vide quomodo credituri fidem praevidens Christus, latentem in arbore, quasi in peccatorum tenebris obumbratum, sollicite ut ovem perditam requirit aspectu; et venire cunctantem vocat; et venientem tamquam humeris suis suscipit; et non audentis invitare Dominum, desiderantis tamen salutiferam benedictionem, peccatoris domum ingreditur, conviviumque participat, ostendens visibili gratia invisibilem sanctificationem, quia Deus sapientia familiariter cor credentis ingreditur, credentemque participat sacramento.

X. Ergo occurrens pater filio revertenti, superfunditur collo ejus, et in eo lacrymans requiescit. Osculatur autem os ejus, per quod emissa de corde confessio paenitentis exierat, quem pater laetus excepit. Deinde mox jubet et stolam primam proferri, id est, *pristinam* gloriam, quam ex seductione diaboli nudatus amiserat, reddi. Simul et *annulum dari*, sive *signaculum Salutaris* symboli, seu *magis desponsationis insigne et nuptiarum pignus illarum*, *quibus Christus Ecclesiam suam sponsat;* cum omnis anima resipiscens *per annulum fidei* jungitur Christo. Mandat et calciamenta pedibus apponi: aut propter communienda vestigia ad currendam viam, ut per lubricum mundi istius iter fixus incedat; aut ut excluso in Evangelicis calciamentis carneae contagionis luto mundos pedes *immaculata conversatione* conservet et dirigat; aut propter mortificationem membrorum. Vitae enim nostrae cursus in Scripturis pes appellatur. Et mortificationis species calciamentum apponitur, *quia de animalium mortuorum pellibus* conficitur.

XI. Addidit: *et vitulum saginatum jugulandum in convivii exhibitione*: sine dubio *Dominum nostrum Jesum Christum*, quem dedit Pater in victimam pro salute nostra; *quem*, *vitulum nominat*, *propter hostiam corporis immaculati*. Saginatum autem vere dixit, quia pinguis et opimus in tantum est, ut pro totius mundi salute sufficiens sit odorem suavitatis et *nidorem immolationis* ad Deum mittere, et pro omnibus exorare. Propter quod etiam mystica ratione dictum est:

Patrem dare aliis immolandum hunc vitulum, ipsumque gaudere, et epulari in victima vituli sui. *Sic enim dilexit Pater hunc mundum, ut filium ejus unicum pro salute sua daret* (Joan. III, 28). *Non ergo ipse immolavit, sed aliis immolandum* tradidit: emittente enim Patre, consentiens Filius, ab hominibus passus est. Ipse autem qui fide nostra pascitur, et in Filii sui pro nobis immolatione laetatur et gaudet, et in reditu Filii sui gaudens creator, acquisitione populi credentis epulatur.

XII. Videns hinc laetitiam patris, senior filius contristatur. Hujus persona illis comparanda adscribitur operariis, qui similiter in Evangelio post operationem vineae ad Dominum murmurant, quod illis tota die in operis labore confectis, illos, qui ad duodecimam horam venerant, pretio mercedis aequasset: ad quos dicit ipse conditor omnium: *Si ergo ego bonus sum, quid tu malus?* Quod autem hi sint qui ad duodecimam venientes, qui ex gentibus salvabuntur, Joannes aperte clamat: *Filioli, novissima hora est* (I Joan., II, 18). Nihil autem differre videtur utrum duodecima, an novissima hora dicatur.

XIII. Qui sunt autem hi qui murmurant, qui laborem et aestum tota die portaverunt, nisi qui justitias legis egerunt et servitutis antiquae pensum reddiderunt? Vide autem quam aperta sint verba quae a Patre dicuntur, ut ab his qui in lege vixerunt, dicta videantur. Quid enim est, quod de agro veniens dicit, nisi significans de legis operibus venientem et in his gloriantem, et quasi diuturnos labores imputantem? Unde ait: *Mandatum tuum numquam praeterivi, et non dedisti haedum pro me, ut epularer*: hoc est, nec peccatorem pro nostra requie dedisti. *Qui enim*, inquit, *fecerit quae legis sunt, vivet in eis; qui non fecerit, punietur ex ipsis.* Pro isto autem qui fornicatus est, etiam saginatum, inquit, illum *vitulum dedisti*: *id est, Filium tuum dilectum*, sicut *supra diximus*. Sed quid ei respondet Pater? *Tu semper mecum es*; *oportuit autem pro isto gratulari; qui perierat, et inventus est, mortuus fuerat, et revixit*: Ostendens in hoc verbo manifeste hominem, qui peccando vita exciderit, et obnoxius mortificatus fuerit, ex reversione autem salutari per paenitentiam in adoptionem filii redierit. Bonum autem hominem qui manserit in bono, haereditatem paternam jugiter possidere. Itaque si peccaveris, o homo, festina, liberando te, reconciliari Deo; ut ex mercede sudoris et digna paenitentia recipias quod ex gratia donatum tibi perdi-

disti. Praestet autem Deus magis permanentes vos in fide, cohaeredes esse Domini nostri Jesu Christi: quia ipsi est gloria et virtus, cum Patre et Filio et Spiritu sancto, per omnia saecula saeculorum Amen.

# SANTORAL
# HISPANO-MOZARABE

## ESCRITO HACIA EL 961

POR RABI BEN ZAID, OBISPO DE ELIBERRI

EDITADO Y ANOTADO POR

DON FRANCISCO JAVIER SIMONET

## ADVERTENCIA PREVIA

Entre los documentos curiosos que derraman luz abundante sobre la Iglesia española del oscuro siglo X, especialmente en la parte Andaluza, está el llamado Calendario de Recemundo, obispo de Elíberri, antes secretario o alto empleado de la curia de Abderrahman III y Alhacam II, y embajador de aquél ante la corte de Otón de Alemania, así como de otras a Constantinopla y Siria. El Calendario, que tiene todos los aspectos de un Almanaque, en el que se consignan datos sobre agricultura, astronomía y fiestas religiosas, fué publicado por Libri en su *Historia de las ciencias matemáticas en Italia*, P. 1838, en su traducción latina [1]. Algunos años después fué descubierto en la misma B. Imperial de París el texto árabe con letras hebreas por el sabio arabista R. Dozy, 1873, quien hizo un estudio muy minucioso sobre el autor, que juntamente damos con estos documentos a la imprenta, y que es la fuente de que Simonet y cuantos han tratado de este Calendario se han servido.

El texto que reproducimos, el latino, se ha hecho tan raro, que es casi imposible hallarlo fuera de la Biblioteca de la Academia de la Historia y de algunos arabistas o amigos de Simonet, como el señor Gómez Moreno y el señor García Gómez [2]. Ningún sitio más a propósito para su reproducción que la España Sagrada, por su carácter eminentemente eclesiástico y por las noticias sobre fiestas y

---

1 Guillaume Libri, *Hist. des sciences mathematiques en Italie*; *Liber anoe Harib filii Zeid Episcopi quem composuit Muntansir imperatori.* Los *calendarios*, llamados en árabe *Quitab alanwa*, abundan en la literatura musulmana; en la misma Biblioteca de El Escorial se hallan dos de ellos, de los que habla Simonet en el prólogo al Calendario de Recemundo. Este tenía, pues, numerosos precedentes: aunque todos de tipo musulmán. Recemundo hizo uno de tipo cristiano y tal vez para uso de los mozárabes de Andalucía. Lo extraño del caso es que lo dedique a Alhacam II y contenga los mártires mozárabes, aun recientes.

2 En 1924 fué reproducido por D. R. Gálvez con un Prólogo suyo.

santuarios que nos da. El trabajo de Simonet, naturalmente ampliado y corregido, parte por él mismo con las numerosas notas que puso en el ejemplar de su uso, y que dejó al señor Gómez Moreno; y parte por el señor García Gómez, que se ha tomado la molestia de un nuevo cotejo con el original, sale ahora notablemente mejorada y con texto más seguro y claro.

El segundo documento, relativo a la embajada de San Juan de Gortz ante el Califa de Córdoba Abderrahman III, es interesantísimo y está relacionado con la diócesis de Elíberri, por hablarse en él de la embajada de su obispo Recemundo a Otón I de Alemania. El relato es fidelísimo y tomado de labios del mismo Santo por su biógrafo y discípulo Juan, Abad de San Arnulfo en Metz (Alsacia Lorena). La vida y el relato terminan bruscamente, sin indicar las negociaciones y tratados que debió ultimar el Santo con la corte de Córdoba, ni el resto de sus años, por lo que se supone que el biógrafo debió morir estando escribiendo esta relación, antes del 984, que aunque incompleta, resulta curiosísima y de un valor excepcional.

El texto de esta Vida y relato se halla en un manuscrito que primitivamente perteneció al citado convento de San Arnulfo de Gortz. Pasó luego a San Germain des Prés, y finalmente a la Biblioteca Nacional de París, donde actualmente pára. Su estado de conservación es pésimo, razón por la cual los primeros editores, Labbe, en *Nova Bibl.*, I, 741 y ss.; Bolandos, *Acta Sanct.*, febrero, III, p. 686; Mabillon, *Acta SS. O. S. B.*, p. 363; Migne, *PL.* t. 137, col. 298-310, etc., etc., nos dan un texto lleno de lagunas y con frecuencia ininteligible. Nueva revisión y transcripción, esmeradísima, en cuanto cabe, e infinitamente superior a la anterior, es la hecha para el célebre *Corpus* o Colección *Monumenta Germaniae Historica*: *Scriptores*, IV, página 335, por su director el sabio Pertz. Esta es la que hemos escogido nosotros y reproducimos en gracia a nuestros lectores. En 1872 hizo una buena y fiel traducción castellana de la parte relativa a la embajada de San Juan de Gortz, don A. Paz y Melia, que publicó primero en la *Revista de Archivos* I, y luego en tirada aparte, en el mismo año, en la imprenta de H. Ribadeneyra, Madrid, folleto agotado de tal modo, que apenas se halla hoy en las bibliotecas públicas de más importancia. En 1931 reprodujo de nuevo la traducción,

y el texto de Pertz, el *Boletín de la Academia de Ciencias, Bellas Letras y Nobles Artes de Córdoba*, octubre-diciembre, año I, p. 255-282, reproducción que se ha vuelto a hacer otra vez rara por haberse agotado también este Boletín.

A pesar de la pericia paleográfica de Pertz, han quedado sin descifrar algunas palabras en el texto, pocas y fácilmente conjeturables. Tal es ya su estado borroso y carcomido en varios pasajes. El latín algo embarazado y dificultoso, no desmerece de lo mejor de su siglo, y tiene todo el encanto de una relación viva y dramática, tomada de la misma realidad, y aun quizá trazada por el autor y actor de la misma.

El cuarto documento que publicamos es el estudio o trabajo del señor Dozy, a que alude Simonet, y que éste dejó traducido a trozos, y no muy exactamente, juntamente con el texto alemán. Como se trata de un estudio profundo sobre una de nuestras figuras mozárabes, todavía no muy conocida y divulgada entre el gran público, nos ha parecido muy útil y oportuno dar íntegra su traducción, lo más literalmente posible. Así, quienes deseen estudiar más ampliamente esta figura enigmática y atrayente de nuestra Historia eclesiástica podrán hallar aquí reunida la documentación más completa y sólida que hay hasta el presente.

Advertimos al lector que las notas que llevan un asterisco son nuestras, tanto en la Introducción como en el Calendario.

P. A. C. V.

# INTRODUCCION,

## NOTAS Y TEXTO DE F. J. SIMONET

El documento que vamos a publicar es de singular interés para la historia eclesiástica de España. Debemos su conocimiento a la ilustrada fineza del distinguido arabista y escritor holadés Mr. Reinhart Dozy, quien al comunicarnos una copia de él, nos decía: «Vous y trouverez sans doute des notices très curieuses et très utiles. Florez en eût été enchanté s'il avait pu s'en servir pour sa magnifique *España Sagrada.*» Es muy de sentir que no le hubiese disfrutado el doctísimo ilustrador de nuestras antigüedades eclesiásticas, pues con su auxilio hubiese podido llenar muchos vacíos y desvanecer no pocas dudas con que el estrago de los tiempos ha oscurecido la historia de nuestra Iglesia en las edades antigua y media. Singularmente en la parte relativa a Córdoba, el P. Flórez hubiese podido prestar mayor riqueza y realce a su interesante trabajo sobre la cristiandad mozárabe de aquella ciudad con los preciosos datos y noticias suministrados por este raro documento del siglo X. Pero el hallazgo de esta pequeña joya literaria, perdida para España durante muchos siglos y conservada venturosamente entre los manuscritos de una biblioteca parisiense, era un triunfo reservado al progreso de los estudios históricos y a la diligencia de algunos críticos y arabistas extranjeros.

Sabíamos por los autores arábigos que un obispo llamado *Rabi ben Zaid*, natural de Córdoba, floreció en la corte de los califas andaluces Abderrahman III y Alhacam II; que por encargo del primero llevó a cabo varios viajes y expediciones artísticas [1], y que bajo

---

[1] Véase la obra histórica de Almaccari, I, 235, 373, 374. *Bayan Almogrib*, II, 274.

rioribus partibus exposuisse visus est, et iterum atque iterum, quamlibet aliis verbis, eodem tamen sensu, diversis in locis recapitulata expositione retexuit, praecedentibus testimoniis, ut ordo exponendarum rerum poposcit, aliqua inserenda, reliqua vero relinquenda curavi; quatinus ex praecedentibus subsequentia penderent, et subsequentia praecedentibus sese utilius coaptarent. Nam si cuncta discreto ordine in hujus operis serie ponerentur, proculdubio magnitudo voluminum brevitatis modum excederet, atque sui recapitulatione lectoris animum offendens, facerent nihilominus repetita fastidium...»

*c*) Que la Obra está dividida en seis Códices, cuatro para el A. T. y dos para el N., en los cuales se comentaban todos los Libros sagrados, a excepción de los expresamente comentados por el Santo. En este caso es evidente que entre los libros sapienciales no debía figurar el libro de Job, ampliamente comentado por el Pontífice en los «Morales»: *Cuius rei quantitatem in sex Codicibus, quattuor scilicet veteris Instrumenti, duobus etiam novi Testamenti, suis connexis ordinibus, praetermissis scripturis, quas idem virorum sanctissimus ex ordidine tractavit.*

*d*) Que al frente de cada uno de estos seis volúmenes o códices puso un Prefacillo apropiado, así como otro al frente de cada uno de los Libros comentados: *Praefatiunculas quoque eiusdem codicibus consonantes decerpsi, quas etiam in capita Librorum praeposui, quatinus ipsi sibi in suis anteponatur eloquiis, qui, largiente gratia Christi, copiosus nobis multiplicibus extitit officiis.*

Ahora bien: examinando los Códices de nuestras bibliotecas, hoy conocidos y clasificados, nos hallamos, entre otros, con el señalado con el nº 2 de Lérida, que contiene una serie de Libros comentados, a base de textos de San Gregorio, que en todo y por todo coinciden con los arriba descritos por nuestro autor.

Como la descripción que de él nos da el P. García Villada en su Metodología — descripción que él pone como tipo de una descripción de Códices — es suficientemente detallada para lo que intentamos, vamos a copiarla literalmente.

Dice así:

*Archivo de la Catedral de Lérida. — Códice 2.*

Perg. 145 fols. 42 líns., 182 × 210 mm., siglo X, encuadernado en madera.

1. *f. 1 r.* [S. Isidori quaestiones in Vetus Testamentum: id est, in Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deutoronomium, Josue, librum Iudicum, IV Libros Regum, Hesdram, Machabeos.] Incipit prefatio Isidori. Historia sacrae legis non sine aliqua prenuntiatione futurorum gesta atque conscrista...[1]. *Expl. f. 73 v.* De machabeis autem fratribus quid eloquar... Explicit feliciter. Christo gratias adiutori meo. Qui precem exaudiuit deuotionemque compleuit. Amen.

2. *f. 73 v-74 r.* Isidori spalensis episcopi hi extant versvs bibliothecae. Sunt hic plura sacra...[2].

3. *f. 74 v.* [S. Gregorii Magni excerpta in Parabolas Salomonis.] *Inc.* Intellectus sacri eloquii inter textum et misterium tanta est libratione pensandus...[3]. Fili mi si te lactauerint peccatores ne adquiescas... Interpretatio. Peccatores etenim lactant... *Expl. f. 86 r* nudus et operuistis me, etc. Expliciunt sancti Gregorii excerpta.

4. *f. 86 r.* Incipit *prefatio* de libro ecclesiasten. Salomonis liber huic operi subiungitur qui ecclesiastes appellatur... *f. 86 r.* Verba ecclesiastes filii David regis Israel. Vanitas... Interpretatio. Recte namque in discretione ordo seruatur... *Expl. f. 91 r* quasi solus locutus non est. Explicit ecclesiastes.

5. *f. 91 r.* Incipit *prefatio* de libro sapientiae. Dominus noster ihesus christus in eo quod uirtus et sapientia Dei est... *Expl. f. 93 v* de iudicio ad iudicium peruenire [4]. Explicit tractatus de libro sapientiae.

6. *f. 93 v.* Iterum incipit *prefatio* in libro ecclesiastico. Qui textum considerat et sensum sacrae locutionis ignorat...[5] Incipit expositio libri ecclesiastici. Sancti enim uiri... *Expl. f. 97 v* si non sollicite in humilitate custodiatur.

7. *f. 97 v.* Incipiunt capitulationes de libro cantici canticorum...

---

1 *Cf.* Migne, *P. L.*, 83, 207-423.

2 *Ibid.*, 1.107.

3 *Moralium S. Gregorii,* lib. XXI, cap. I. Migne, *P. L.* 76, 187. Quizá hay que identificarlo en parte con el trabajo de San Paterio, *De Testimoniis in Prouerbia.* Migne, *P. L.*, 79, 895-906.

4 Conviene en gran parte con el tratado de San Paterio. *De Testimoniis in librum Sapientiae.* Migne, *P. L.*, 79, 917-922.

5 *Moralium S. Gregorii*, lib. IV, cap. I. Migne, *P. L.*, 75, 633. S. Paterius, *De Testimoniis in librum Ecclesiastici?* Migne, *P. L.*, 79, 921.

*f. 98 r.* Incipit *prefatio*. Scriptura sacra quasi quoddam speculum mentis oculis opponitur. Osculetur me osculo oris sui. Ecce enim uocata gentilitas... *f. 109 r. Expl.* incomprehensibilis permane [1]. Explici liber canticorum.

8. *f. 109 r.* Incipit prefatio epithalamii a beato Gregorio papa romensi (*recte:* eliberitano episcopo) edito. Iam uero in canticis canticorum figuraliter sub epithalamii carmine quatuor salomoni (!) introducit personas... *f. 109 v.* Explicit prologus. Incipit tractatus gregorii papae (*recte:* eliberitani episcopi) eiusden epithalamii. Osculetur me... Audistis epithalamii carmen dilectissimi fratres... [2]. *Expl.* f. 118 *v* quam in futuro seculo in semetipsa est receptura. Explicit explanatio beati gregorii eliberritani episcopi in canticis canticorum.

9. f. *118 v.* Incipit epistola sancti iusti episcopi ad domnum sergium papam directa. Domino meo... sergio... iustus episcupus. Sciens te tam solerti studio pro refrigeriis pauperum laborasse... [3].

10. *f. 119 r.* Item alia ad iustum diaconum. Iustus in Christi nomine episcopus Dommo filio iusto diacono in domino salutem. Cum nostris temporibus tepescentibus studiis... [4].

11. *119 r.* Item prologus de subsequenti libro. Cupiens in domo dei offerre aliquid... *f. 119 v.* Incipit explanatio cantici canticorum a iusto uiro iulitane (*recte:* urgelitanae) aecclesie aepiscopo aedita. Osculetur me osculo oris sui. Vox haec est aecclesiae uenientis... [5]. *Expl. f. 133 r* super omnem gloriam angelorum. Explicit tractatus iusti episcopi de canticis canticorum.

---

[1] Conviene en parte con el Tratado de San Paterio, *Testimoniis in cantica canticorum*. Migne, *P. L.*, 79. 905. Todos los tratados desde el folio 74 hasta el 109 *r* son un Centón del libro de los Morales y de las Homilías de San Gregorio Magno.

[2] *Cf. Bibliotheca Anecdotorum collegit, descripsit, disposuit et edidit*, Gotth. Heine, Pars. I, *Monumenta regni Gothorum et Arabum in Hispaniis. Praefatus est* M. J. E., Volbeding (Lipsiae, T. O. Weigel, 1848. En 8°, VIII-244). Heine publicó este texto según un códice de Oporto y otro de Barcelona, inferiores en valor al presente.

[3] Migne, *P. L.*, 67, 961.

[4] Migne, *ibid.*, 104, 838.

[5] Migne, *ibid.*, 67, 963. Falta aquí el prólogo.

12. *f. 133 r.* Incipit de enigmatibus salomonis. Sunt autem in salomonis carminibus enigmata multa... [1]. *Expl. f. 135 r* textum iam supra exposuimus in libro prouerbiorum. Explicit de enigmatibus.

13. *f. 135 r.* Incipit tractatus sancti augustini episcopi de muliere forti in prouerbiis. Prestitutum nobis quidem... *Expl. f. 143 r* in presenti uita collaudari seruitiis.

14. *f. 143 r-145* [Fragmenta in librum Ecclesiasten.] *Inc.* In aecclesiasten uero libro dum causas naturasque rerum salomon uellet cognoscere... *Expl.* et sic de fatuis uirginibus superius dictum est quae ///.

Prescindiendo de algunos detalles que no hacen al caso, si nos fijamos bien en el contenido de la reseña anterior, podremos observar fácilmente cómo coinciden las características de la obra de Tajón con las de los Comentarios aquí descritos.

1. Decíamos allí, que la obra de Tajón debía ser una ampliación de la de Paterio o en todo caso utilizar ampliamente la de éste, y vemos que en ésta se cumple puntualmente, pudiendo decir con mucha verdad el P. García Villada: «Conviene en gran parte con el tratado de San Paterio».

2. Lo mismo allí que aquí, la obra gregoriana que fundamentalmente se utiliza, es la de los «Morales», pero también utiliza las demás, que había empleado en las *Sentencias*.

3. Igual afirmación debemos hacer respecto del modo de ordenar y refundir los textos del Santo, haciendo a veces de varios uno solo.

4. Que siendo intención del Obispo cesaraugustano no comentar aquellos Libros sagrados que lo habían sido expresamente por el Santo Pontífice, no aparece entre los libros Sapienciales aquí reseñados el de Job, por haberlo sido ya ampliamente por el Santo en los «Morales».

---

[1] Heine, *Anecdota...*, l. c., lo atribuye a Justo de Toledo, sin prueba concluyente (cf. Nicolás, Antonio, *Bibliotheca Hispana Vetus*, edición de 1788, t. I 373, n. 1), tal vez fundado en la copia del siglo XVI de la B. N. 3996, hoy 156.

5. Que Tajón afirma haber puesto *al frente de cada Códice, y de cada Libro* en particular, un *pequeño Prefacio;* pequeños prefacios que también figuran al frente de cada uno de los Libros aquí conservados. Esta característica es sobremanera importante, porque, precisamente es lo que le distingue de Paterio, que no puso al frente de cada Libro ningún Prólogo, sino uno y al principio de toda la obra.

* * *

Como el lector puede advertir, por lo hasta aquí dicho, estos pequeños comentarios que poseemos, cuya autenticidad parece indudable, no serían más que una parte de la gran obra, que poco a poco fué desapareciendo de los Códices españoles por incuria o por falta de interés. Así tenemos, que el Códice 77 BN. (ant. 8873), procedente del Convento de Santiago de Uclés, omite ya los versos de San Isidoro a su Biblioteca, todos estos tratados a los Sapienciales, interesándole tan sólo la Exposición de Gregorio de Elvira al *Cant. de los Cant.*, que atribuye a San Gregorio Papa, los *Enigmas de Salomón* (que no dice de quién) y la *Expositio Beati Agustini super mulierem fortem*. Que este Códice procede del de Lérida, directa o indirectamente, nos lo prueba no sólo el hecho de su contenido, sino de modo especial la atribución en ambos del Comentario de San Gregorio de Elíberri a San Gregorio Papa y la Suscripción de las *Quaestiones* de San Isidoro, idéntica en ambos: *Explicit feliciter xristo gratias auctori* (Lérida: *adiutori*) *meo. qui precem exaudiuit deuotionem* (*que* add. L.) *compleuit. Amen.*

El Códice 156 B. N. (ant. 3996), procedente ciertamente de Toledo, contiene una serie de comentarios al *Cantar de los Cantares*, entre ellos, el de Gregorio de Elíberri, el de Justo de Urgel y los Enigmas de Salomón de autor anónimo, más el contenido en el de Lérida: *Scriptura sacra quasi quoddam speculum, etc.*, que igualmente atribuye a Gregorio de Elvira.

También el Códice 165 B. N. (ant. 13086), de la «Colección Burriel», y consiguientemente de procedencia toledana, contiene, a más del Comentario de Justo de Urgel y los enigmas de Salomón la mitad del Comentario de nuestro Códice. Gotth. Heine copió de este

Códice el fragmento que trae, pues coincide con la palabra en que termina y las variantes del mismo. El de Lérida lo trae todo.

Es casi seguro que, si se explorasen otras bibliotecas, se encontrarían algunos restos más de esta obra ingente de nuestro Tajón, que ya en vida del autor debió comenzar a ser desgraciada.

¿Qué razones pudieron influir para que una obra como ésta se perdiese? Aunque no podamos señalar la verdadera de modo concreto y taxativo, es indudable que hubo varias que pudieron contribuir más o menos a su desaparición. Dejando aparte el juicio durísimo y adverso de San Braulio, del que ya hablamos al principio, si es que se refiere a esta obra —cosa muy dudosa, y que no nos atrevemos a suscribir — no sería difícil apuntar como una de ellas, y tal vez la primera, la mole inmensa de la obra, seis volúmenes, que por mucho que los queramos reducir, siempre resultarán excesivamente extensos para copiarlos y conservarlos. Es casi seguro que íntegra, sólo existió en el ejemplar enviado a Toledo y en el de Zaragoza.

A esto hay que añadir, que ni el comentario hecho por Paterio, ni tampoco éste, eran completos sobre todos y cada uno de los versillos de la Biblia. En la práctica era una obra provechosa, pero realmente no resolvía la mayor parte de los problemas de exégesis bíblica, que las necesidades cotidianas imponían con más o menos frecuencia. Hubiera sido una cadena bien ordenada y especificada de los Santos Padres, particularmente de San Agustín, San Jerónimo y San Cipriano, con las referencias textuales de cada uno bien señaladas, y el éxito habría sido bien diferente. Porque es cierto que, a pesar del esfuerzo de Tajón, el gregorianismo del clero español, sobre todo del alto clero, había comenzado a decaer y derivaba hacia la erudición patrística, de la que tenemos un buen ejemplo en San Julián, y aun en el mismo San Ildefonso, no obstante los elogios que tributa al gran Pontífice Romano.

Otra razón que puede apuntarse, y no de escaso peso, es la falta de originalidad. Divulgada la obra de Paterio, no podía ofrecer una utilidad mayor la de Tajón, que aunque más completa y aquilatada en todos sus puntos, era en cambio más imprecisa, al suprimir las citas de referencia a las obras del Santo, que Paterio tuvo buen cuidado en conservar. Conteniendo sustancialmente lo mismo, la obra de Paterio le llevaba de ventaja ser más reducida, más fácil para s

utilización y más asequible a la mayoría de los lectores. Era, pues, casi seguro que un público que se contentaba con resúmenes de resúmenes y con historias de bolsillo y tratados cortísimos de moral y teología, había de abandonar en el fondo de la biblioteca toledana este primero y tal vez único ejemplar de la obra del obispo zaragozano, del que sólo algunos fragmentos se han salvado por error o por el interés particular que ofrecían, como los sapienciales o el *Cantar de los Cantares,* atribuído erróneamente al Santo Pontífice.

Es posible que la futura investigación nos reserve alguna nueva sorpresa; pero, hoy por hoy, tenemos que contentarnos con este extensísimo fragmento, quizá lo mejor y más logrado de dicha obra. En cambio, este estudio nos lleva ya a conclusiones claras y originales sobre la paternidad del famoso opúsculo *De los enigmas de Salomón*, que en edición crítica por primera vez publicamos a continuación.

Como el estudio del examen interno de la paternidad de esta obra de Tajón nos llevaría más allá de los límites de estas ediciones complementarias de la España Sagrada, vamos a resumir nuestro estudio sobre su autenticidad en algunas afirmaciones o constataciones, que el lector puede comprobar por sí a través de una simple confrontación de estos escritos con el libro de las *Sentencias*.

1° Aunque hemos dicho que Tajón utiliza los *Dicta Paterii;* pero hay que notar dos cosas. La primera, que el comentario de Tajón es más amplio y con frecuencia no coincide, sino rara vez, en el comienzo y fin del fragmento. Otras, utiliza diversas obras; y otras, finalmente, invierte el orden de los textos y de las obras. La segunda, que Paterio modificó algunas palabras del Santo, de donde el editor de Migne ha tenido que poner entre paréntesis frecuentemente la lectura de las obras genuinas de aquél. Tajón en cambio, coincide siempre con el texto de las obras del Santo, lo que indica claramente que no se sirve del texto de Paterio, sino de los escritos del gran Doctor directamente.

2° Tajón usa casi preferentemente los *Morales*, y se comprende. Fue la obra copiada por él en Roma y traída a España. Debía conocerla por esto al dedillo, y aun sabérsela de memoria. Paterio no comentó nada del Nuevo Testamento, Tajón le dedicó dos volúme-

nes. Aun en estos *Sapienciales* Paterio no comentó el *Ecclesiastes*, que trae nuestro Tajón.

3° Uno y otro, Tajón y Paterio, ponen al principio de cada versillo comentado la palabra, *Capitulum* o *Caput;* pero mientras el primero no dice de dónde toma los textos, el segundo tiene buen cuidado en señalarlos.

4° Tajón, en el *Cantar de los Cantares*, por ser más extenso (pero *mutatis mutandis* también en los otros), junta varios textos de diversas obras (*Morales*, *Homilias in Ezechielem*, *Homilias in Evangelium*, etc.), cortándolos y soldándolos arbitrariamente como si fueran un solo texto. Precisamente este procedimiento es el empleado en las *Sentencias*. El mismo orden de obras, el mismo corte y la misma soldadura se advierte en nuestro Comentario. Si a esto se añade que las modificaciones textuales que introduce para hacer tales soldaduras se advierten en ambas obras, tendremos una prueba plena de la autenticidad de estos comentarios a los libros *Sapienciales*.

5° Esta conclusión nos lleva a otra más interesante: a la de que el famoso librito *De Aenigmatibus Salomonis* es de Tajón, y no de Justo de Toledo, como afirman las dos copias tardías, siglo XVI y XVII, de la Biblioteca Nacional de Madrid.

6° Finalmente, Tajón utiliza *Tratados* de Gregorio Eliberritano: alguno, como el *De Salomone*, ya conocido, publicado y vindicado con razones evidentes (véase este volumen); otros desconocidos, como los pertenecientes a los dos fragmentos publicados en este mismo tomo. Hay, pues, na Colección de los *Tratados* de Gregorio de Elvira que circula por el Nordeste de España, como hay otra que recorre el Noroeste (León, Asturias y Galicia) más completas que la que hoy tenemos proveniente de Francia, tal vez originaria de Cerdeña, foco principal de los Luciferianos.

## NOTA A LA PAGINA 242

Por razones de ajuste de la página, no pusimos las variantes críticas de la Carta de Aurasio, que van aquí. Cuatro Códices utilizamos: *a*) El e. I. 12; *b*) El utilizado por Tamayo y Salazar en su *Luitprando*; *c)* El utilizado por Gotthol Heine, y *d*) La copia de Juan B. Pérez, Toledo, 27-24. Casi todas coinciden con el Códice Escurialense, e. I. 12. Las variantes y conjeturas son las siguientes:

1-15: reverentiam *ET*, inreverentiam, *GS*. — 16: filii, *add.; om. Códices*. — 18: tradidisti, *Codds.;* tradis, *Tol*. — 19: fluctu, *E*; flatu, *ceteri Codds*. — 20: orbus, *conieci;* obus, *Codices*. — 20: feruuisti, *GS*; seruisses, *E;* seruisset, *T*; — 20: illico, *ET;* illi, *GS*. — 20: priscis, *ETS*; principi, *G*. — 21: neutericus, *ETS;* neutricus *G*. — 22: quos, *conieci;* quod, *Codices;* — 23: fauce, *GS*; faucis, *TE*. — 23: grassatoris, *GST;* scrassatoris, *E*. — 24: iunxit, *conieci*; iussit, *Códices*. — 24: saeva, *conieci;* seva ne seva, *Códices; fort repet.*: sevane sevane quitie. — 27: eos, *Códices;* uos, *conieci*. — 28: ut sis, *ET*; ut sit, *GS*. Este texto o Carta ha sido reproducido en *MGH*, *Epist. III*, 1894. Gundlach, p. 689, que toma el texto du Gotthol Heine. La colación del Códice Toledano la debemos al Dr. D. J. F. Rivera, Can. Archivero de Toledo, a quien damos las gracias. — P. A. C. V.

# CANTAR DE LOS CANTARES

PARTE, I-IV, 4, EDITADO POR GOTTHOL HEINE, PARTE INEDITO. — HA SIDO TODO EL TEXTO COTEJADO CON LOS CODICES DE LA BIBLIOTECA NACIONAL Y ROTENSE, AL CUAL SEGUIMOS ORDINARIAMENTE

## ADVERTENCIA AL SIGUIENTE COMENTARIO *AL CANTAR DE LOS CANTARES*

Este Comentario, de origen español indiscutiblemente, figura en varios manuscritos españoles; en unos anónimamente, y en otros a nombre de Gregorio de Elvira. Anónimo figura en el códice Rotense, o de Lérida, nº 2; y a nombre del Eliberritano, en los de la Biblioteca Nacional de Madrid, núms. 3.996, hoy 156, y el 13.086, hoy 165. También en el Portuense se halla, si hemos de creer a Gotthol Heine, aunque incompleto y conforme en todo con el texto y extensión fragmentaria de este último.

En el códice primero, es decir, en el 156, que representa, en cuanto al texto del *Cantar de los Cantares* de Gregorio de Elvira un manuscrito antiguo, distinto de los otros conocidos, se halla nuestro Comentario atribuído a Gregorio Eliberritano, lo mismo que el legítimo. El códice segundo es una copia del siglo XVIII, y no tiene más que el fragmento publicado por Gotthol Heine, atribuído también a nuestro Gregorio. Siguen en él el Comentario o Exposición de Justo de Urgel, al mismo libro Sagrado, terminando con los *Enigmas de Salomón* a nombre de Justo de Toledo, como en el anterior. Hay una nota de Francisco Pérez Bayer en la que se dice: «No es más que hasta el v. 4º del cap. IV. Y no tiene el aire de antigüedad que las obras del siglo III.» Realmente no se equivocaba el docto bibliotecario real, por lo que luego diremos. La copia parece ser del P. Burriel, o de algún amanuense suyo, y perteneció a su rica colección, hoy conservada en la Biblioteca Nacional de Madrid. El códice de

Lérida o Rotense lo trae, pero anónimo. Es muy posible que haya alguna otra copia escondida en nuestros archivos catedralicios. Pero sea anónima o sea a nombre de nuestro Gregorio, no creemos inmute lo más mínimo los datos aquí establecidos.

¿Quién puede ser el autor de este Comentario? El análisis del mismo demuestra con toda evidencia que el autor conoce perfectamente la Sylloge o *Excerpta* de San Paterio, que utiliza frecuentemente. Pero además de estos *Excerpta*, el autor conoce y utiliza a San Gregorio Magno más ampliamente que el autor de aquéllos. Es un lector asiduo, un conocedor perfecto, un papeleteador incansable del gran Pontífice, que ha reducido todas sus obras a papeletas, como se diría hoy. Con diligencia hemos señalado en nota los lugares coincidentes con los *Excerpta* de Paterio. Confesemos, sin embargo, ingenuamente, que con frecuencia ni sigue el orden de los textos de Paterio, ni coge todos los que éste alega, ni los que utiliza los utiliza íntegros, siendo a veces más amplios los de nuestro comentarista. Todo esto nos indica que éste procede por cuenta propia, y que sus *excerpta* son mucho más amplios que los del ilustre secretario gregoriano.

Mas el hecho incontestable, y que nos interesa primeramente consignar, es que el presente Comentario está tejido casi todo él con textos de San Gregorio Magno, empezando por las primeras líneas. Ahora bien: este hecho nos obliga a situar el presente Comentario después de la muerte del gran Pontífice romano, siglo VII, como mínimum. Queda, por tanto, excluída de modo absoluto y terminante la paternidad de nuestro Gregorio de Elvira, que sólo por la compañía y contigüidad en los Manuscritos, y la identidad de los nombres, ha podido ser vindicada por autores ignorantes del estilo y contenido de los mismos. Una cosa clara hay en todo esto y es, que en el siglo XVI el nombre de nuestro Gregorio Eliberritano no era desconocido, y que la tradición en torno a sus escritos, particularmente del *Cantar de los Cantares*, estaba viva y muy clara, a pesar de que ningún escritor de la antigüedad habla de ellos, ni el mismo San Jerónimo. Gotthol Heine, que manejó estos manuscritos de la Biblioteca Nacional de Madrid — pues ciertamente de visu no conoce más que el Barcinonense y Portuense — vió un campo despejado y abierto y la solución clara de un enigma bibliográfico. Lo extraño es que

uestros investigadores del siglo XVII y XVIII no publicasen estos icos documentos, que tuvieron en sus manos. El eminente investi- ador P. Flórez no debió tropezar con ellos, pues es bien seguro ue, dada su importancia, de conocerlos, los hubiera publicado, o al enos reseñado en algún tomo de la España Sagrada.

Pero ¿quién puede ser el autor de este Comentario, en concreto? Desde luego es español. En primer lugar, los códices que lo contie- en son todos españoles. El Rotense lo trae entre escritos de espa- oles: San Isidoro, Gregorio de Elvira, Justo de Urgel, etc. Y lo ismo las copias de Madrid. Sin que esto sea una prueba decisiva, í es un síntoma revelador, muy digno de tenerse en cuenta. En se- undo lugar, está compuesto de textos de San Gregorio, particular- ente tomados de los Morales o Libro de Job. Sabida es la interven- ión e importancia que tuvo esta obra en España desde los tiempos ismos del autor, por su amistad con San Leandro de Sevilla, por uyo consejo la emprendió el Santo Pontífice de Roma y a cuya de- oción y persona la dedicó. Conocidos son de todos los expolios o extractos que de esta obra hicieron, para componer sus respectivos ibros de las *Sentencias*, San Isidoro y Tajón de Zaragoza, aparte el uso que hacen de ella en sus restantes escritos, así como los de- más escritores de la escuela de Sevilla y de Toledo. De estos dos posibles autores podemos descartar el nombre del Metropolitano ispalense, pues el procedimiento de utilización de los Morales di- iere totalmente del empleado en su obra de las *Sentencias*, en las ue si acude constantemente a San Gregorio, lo hace libremente y ezclando con sus textos los de San Agustín, San Jerónimo, el Pseu- o-Orígenes, San Cipriano, Lactancio, San Ambrosio y San Fulgen- io. Aquí por el contrario se utiliza literalmente y casi exclusiva- ente al insigne Pontífice; y dentro de sus obras, de modo especial os *Morales*. Todo esto nos lleva a afirmar como autor casi seguro e este Comentario, y de los demás que le acompañan en el códice Rotense, a Tajón de Zaragoza, de lo cual hablamos extensamente en el estudio que precede.

El texto que hoy ofrecemos a los lectores es, en su mayor par- te, inédito, ya que Gotthol Heine no publicó más que el fragmen- to del Códice 13.086, que según dicho investigador coincide en todo con el Portuense, aunque sospechamos que él lo copió de este ma-

tritense y no de aquél. Pero además de esto, el texto ha sido muy mejorado con la confrontación del 3.996 y el Rotense en todas sus partes. Lo publicamos aquí por aparecer en dichas copias atribuído a Gregorio de Elvira y versar sobre el *Cantar de los Cantares*. Los restantes comentarios del citado autor a los libros Sapienciales, van a continuación, a fin de salvarlos de una posible pérdida, pues no existen más que en este Códice Rotense, ya muy mal parado por el tiempo.

## SIGLAS

*Rot.* = Códice Rotense, s. X-XI.
*Ceteri* = Códices 156 y 165, s. XVI y XVIII, B. N. M.
*Impreso* = Edic. de Gotth. Heine (cap. I-IV, 4).
*Job* = Liber Moralium S. Gregorii Papae.
*H. h.* = Homilías, homilía sobre Ezequiel y los Evangelios.
*Sents.* = Libro de las *Sentencias* de Tajón, Ed. E. S.

## INCIPIUNT EXPOSITIONES DE LIBRO CANTICI CANTICORUM

I. — Osculetur me osculo ori sui.
II. — Quia meliora sunt ubera tua vino.
III. — Adulescentulae dilexerunt te.
IV. — Nigra sum sed formosa, filiae Iherusalem.
V. — Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi.
VI. — Indica michi quem dilexit anima mea.
VII. — Nisi cognoveris te, o pulchra inter mulieres.
VIII. — Donec rex in recubitu suo est, nardus mea dedit odorem suum.
IX. — Sicut lilia inter spinas, sic amica mea inter filias.
X. — Sub umbra illius quam desiderabam sedi.
XI. — Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.
XII. — Leva eius sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.
XIII. — Ecce iste veniet saliens super colles.
XIIII. — En ipse stat post parietem nostrum.
XV. — Respiciens per fenestram, prospiciens per cancellos. Surge, propera amica mea, iam enim hiems transivit.
XVI. — In lectulo meo per noctem quaesivi.
XVII. — Quae est ista quae ascendit per desertum.
XVIII. — En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt.
XVIIII. — Uniuscuiusque ensis super femur suum.
XXI. — Ferculum fecit sibi rex Salomon.

XXII. — Quam pulchra es amica mea.
XXIII. — Dentes tui sicut grex tonsarum.
XXIIII. — Sicut vitta coccinea labia tua, amica mea.
XXV. — Sicut turris David collum tuum.
XXVI. — Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capreae gemelli.
XXVII. — Coronaberis de capite amana, de vertice seir.
XXVIII. — Mel et lac sub lingua tua.
XXVIIII. — Surge aquilo et veni auster.
XXX. — Ego dormio et cor meum vigilat.
XXXI. — Dilectus meus misit manum suam per foramen.
XXXII. — Manus meae distillaverunt mirram.
XXXIII. — Anima mea liquefacta est, ut locutus est.
XXXIIII. — In lectulo meo quaesivi quem diligit anima mea.
XXXV. — Vulnerata caritate ego sum.
XXXVI. — Caput eius ut aurum optimum.
XXXVII. — Pulchra es, amica mea, suavis et decora.
XXXVIII. — Sicut cortex mali punici gaenae tuae.
XXXVIIII. — Quae est ista quae progreditur.
XXXVIIII. — Nasus tuus sicut turris Libani.
XL. — Mane surgamus ad vineas.
XLI. — Quae est ista quae ascendit de deserto?
XLII. — Pone me ut signaculum supra cor tuum.
XLIII. — Fortis est ut mors dilectio.
XLIIII. — Soror nostra parvula est et ubera non habet.
XLV. — Que habitas in ortis, amici abscultant.
XLVI. — Fuge, dilecte mi, fuge.
XLVII. — Osculetur me osculo oris sui. (*Vuelve a los capítulos primeros*).
XLVIII. — Propter ea adolescentulae dilexerunt.
XLVIIII — Introduxerunt me in cubiculum suum.
L. — Fusca sum inquit et decora.
LI. — Filii matris meae pugnaverunt adversum me.
LII. — Ubi pascis, ubi manes in meridiano, ne forte fiam circumamicta.
LIII. — Quam speciosae genae tuae sicut turturis.
LIV. — Cervix tua sicut redimiculum ornamenti.
LV. — Similitudinem auri faciemus tibi.

## INCIPIT PREPHATIO

Scriptura sacra quasi quoddam speculum mentis oculis opponitur, ut interna nostra facies ipsa videatur. Ibi etenim faeda, ibi pulchra nostra cognoscimus. Ibi sentimus quantum proficimus. Ibi approbamus iam quam longe ab ea profecto distamus. Profunditas est eloquiorum Dei. Libet huic intendere, libet eius intima, gratia duce, penetrare. Quia quotiens intelligendo discutimus, quid aliud quam silvarum opacitatem ingredimur, ut in eius refrigerio ab huius saeculi aestibus abscondamur, ibique viridissimas sententiarum herbas, legendo carpamus, tractando ruminemus? Scriptum quippe est: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris*, quia obscura est scientia in prophetis. Sed Salomonis voce attestante didicimus: *Gloria regum, celare verbum; gloria Dei, est investigare sermonem*, quia et honor est hominum eorum secreta abscondere et gloria Dei est mysteria sermonis eius aperire. Ipsa autem per se veritas discipulis dicit: *Quae dico vobis in tenebris, dicite in lumine*; id est: aperte exponite quae in allegoriarum obscuritatibus audistis. Magnae vero utilitatis est ipsa obscuritas eloquiorum Dei, quia exercet sensum ut fatigatione dilatetur, et exercitatus capiat quod capere non posset otiosus. Habet quoque adhuc maius aliquid, quia intelligentia scripturarum, si in cunctis esset aperta, vilesceret. In quibusdam ergo locis obscurioribus, tanto maiori dulcedine, inventa, reficit, quanto labore animum, quaesita, fatigavit.
*EXPLICIT PRAEFATIO.*

---

2-5 Sriptura... distamus, Gr. M.: *Job.* II, 1 (no está en Paterio). — 2 oculis R. *om. cet.* — 3 facies *om. cet.* — 3 etenim] enim *cet.*—3 faeda] facta *cet.*—7-8 silvarum]... varum *cet.* — 11 sententia *alii cods.* — 12 regum *conj.*, regnum *cods.* est *add. cet.* — 12 veritatem *cet.* — 12-13 gloria Dei... sermonen *om. cet.* — 19 capit *cet.* — 20 aliquod *cet.* — 21 maiore *cet.* — 22 inventa *om. cet.* — 22 fatigat *cet.*

## INCIPIT EXPOSITIO

C. I. — *Osculetur me osculo oris sui.* — Ecce enim vocata gentilitas, redemptoris sui vestigia osculari desiderans, nequaquam cessat ab intentione operis, quia in eius continuo amore suspirat. Unde et in sponsae voce de eodem redemptore suo in «Canticis Canticorum» ita incipit: *Osculetur me osculo oris sui.* Osculum recte conditoris sui desiderat, dum obsequium per amorem sperat, quia eadem sancta Ecclesia, quot praecepta ex eius praedicatione cognovit, quasi tot oris eius oscula accepit. *Osculetur me*, inquit, *osculo oris sui.* Ac si apertis vocibus dicat: Dudum mihi quibusdam prophetarum praedicamentis quasi quibusdam labiis osculum porrexit; nunc vero tangat me ipsa dulcedo praesentiae unigenti filii redemptoris mei. Sed nequaquam ad nos Deus descenderet nisi caeli, id est, praedicatores eius, in contemplationis eius rigore inflexibles permanerent. Inclinantur ergo caeli dum cordi nostro Sancti Spiritus imbrem infundunt, ut in nova fidei luce surgamus; qui, non inmerito sponsi quoque ubera sunt vocati, de quibus aperte nunc sequitur:

C. II. — *Quia meliora sunt ubera tua vino.* — Ista enim sunt ubera quae in archano pectoris fixa, lacte nos potant; quia ipsis archano summae contemplationis inhaerentes, subtili praedicatione nos nutriunt.

---

2-7 Ecce... sperat, Id. *Job.* XII, 51. — 3 continuo *om. cet.* — 6 recte desiderat *cet.*—7 prae amore *cet.*—7-8 eadem sancta ecclesia... *Homil in Evang.* XXXIII, 6. — 8-11 *Job.* XXVII, 17, n. 34. — 10 quibusdam *om. cet.* — 10-11 praedicationibus *cet.* — 13 Deus *om. cet.* — 14 eius (2) *om. cet.* — 16 qui merito sp. *cet.* — 18-20 *Job.* XXX, 48. — 19 archano] arcem *cet.* — 19 in ipsis *cet.*

C. III. — *Ideo adulescentulae dilexerunt te.* — Scriptura etenim sacra saepe adulescentiam pro novitate <vitae> ponere consuevit. Unde venienti sponso aperte nunc dicitur: *Adolescentulae dilexerunt te.* Universae quippe ecclesiae, quia unam catholicam faciunt, adolescentulae vocantur; non vetustae per culpam, sed novelae per gratiam; non senio steriles, sed aetate mentis vetustae, ad spiritualem fecunditatem congruae. *Adolescentulae*, inquit, *post te currunt*, id est, electorum animae gratia baptismatis renovatae; quae non in vitae veteris usu deficiunt, sed novi operis conversatione decorantur.

C. IIII. — *Nigra sum sed formosa, filiae Iherusalem.* — Nigra dicitur sancta Ecclesia in electis suis, quia nequaquam de iustitiae luce superbiunt, sed per humilitatis gratiam peccatorum in se nigredinem confitentur. Unde Iohannes huius nigredinis confessionem assumpserat, qui dicebat: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus et veritas in nobis non est.*

C. V. — *Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi.* — Curis enim saecularibus intenti, tantum ad ea quae foris sunt studiosiores videmus. Usu quippe curae terrenae a caelesti desiderio obdurescit animus, et dum ipse suo usu durus efficitur, per actionem saeculi ad ea molliri non valet, quae pertinent ad caritatem Dei. Unde bene sancta ecclesia de membris suis infirmantibus dicit: *Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi. Vineae* quippe nostrae actiones nostrae sunt, quas usu cotidiani laboris excolimus. Sed custodes in vineis positi, nostram vineam minime custodimus, quia dum extraneis actionibus implicamur, ministerium actionis nostrae neglegimus.

---

1-3 *Job.*, XXIV, 8. — 2 vitae *om. cod., restitui ex Greg.* — 3-7 *Job.* XIX, 2, n. 19 (sólo en Tajón *Sents.* II, 12). — 7-9 *Job.* XXIV, 8. — 11 sancta *om. cet.* 6-25 *Homil. in Evang.* XVII, 14. — 17 tanto *Rot.* — 18 videntur *cet.* — 9 durum *cet.*—19 huius saec. *cet.*—23 actiones nostrae, *cet.* (nostrae *om.* Rot.). — 25 externis *cet.* (*fort. melius*).

C. VI.— *Indica me quem dilexit anima mea. Ubi pascas, ubi cubes in meridie.*— Eadem sancta ecclessia redemptori suo, quem sub specie hinnuli cervorum quaerit, dicit: *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie.* Cervorum quippe hinnulus Dominus appelatur, quia iuxta assumptam carnem antiquorum filius patrum; ferventior vero in meridie aestus ardescit, et umbrosum locum hinnulus quaerit, quem aestus ignis non afficit, id est, in illis cordibus Dominus requiescit, quae amor praesentis saeculi non accendit, quae carnis desideria non exurunt, quae incensa suis anxietatibus in huius saeculi concupiscentiis non inardescunt.

Pascitur quippe Dominus, cum nostris actibus delectatur. Cubat vero in meridie, cum ex desideriis carnalibus ardenti corde reproborum, apud electorum suorum pectora refrigerium inveniunt cogitationes bonae. Unde et Mariae dicitur: *Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi.* Umbrosa ergo loca in meridie ad pascendum hinnulus inquirit, quia talibus mentibus Dominus pascitur, quae per respectum gratiae temperatae corporalibus desideriis non uruntur.

C. VII. — *Nisi cognoveris te, o pulchra inter mulieres, ingredere et pasce hoedos tuos, abi post vestigia gregum tuorum.*—Id est, nisi honorem tuum, quo ad similitudinem Dei es condita, bene vivendo cognoveris, a conspectu meae contemplationis regredere, et imperitorum vitam imitare populorum. Sancti etenim viri humanae conversationis prava studia devitare summo opere curant, ut iam non libeat terrenorum hominum, qui prae abundantia iniquitatis multi sunt, perditos mores imitari. Cum paucis namque ingredi angustam portam desiderant, et non cum multis lata itinera appetunt, quae ad interitum ducunt. Sollerter, quippe a quo et ad quid sint creati conspiciunt, et recta consideratione acceptae imaginis, sequi vulgi mul-

---

1 mihi *cet. cods.* — 1 quem diligit *cet.* — 1-9 *Homil. in Evang.*, XVII, 14 y XXXIII, 7. — 2 quae *Rot.* — 4 meridiem *cet.* — 4 Dominus *om. cet.*—11 actibus nostris *cet.* — 13 suorum *om. cet.* — 15-17 *Job.* XXX, 70. — 19 egrederet *cet.* — 21 quo] quae *cet.* — 21-23 *Homil. in Evang.* XXXIII, 7. — 24 libeat + eis *cet.* — 26 perditus *cet.* — 26 angustam viam *cet.*

titudinem dedignantur. Gregum namque nomine imperiti populi designantur. Unde aperte nunc dicitur: *Nisi cognoveris te, o pulchra inter mulieres, egredere et abi post vestigia gregum tuorum, et pasce hoedos tuos.* Semetipsam namque inter mulieres pulchram cognoscit, quando electa quaeque anima, etiam inter peccantes posita, quod ad auctoris sui imaginem ac similitudinem sit condita meminit, et iuste ad perceptae similitudinis ordinem incedit. Quae, si se non cognoscit, egreditur quasi a secreto sui cordis expulsa, et in exterioribus concupiscentiis dissipatur. Egressa ergo abit post vestigia gregum, quia, sua interna deserens, ad latam videlicet vitam adiungitur, et sequitur exempla populorum; non agnos sed hoedos pascit, quia non innoxias cogitationes mentis sed nutrire pravos motus carnis intendit. Quia ergo electus quisque ac continens abire post vestigia gregum despicit qui humanae conversationis prava studia declinare contendit.

C. VIII. — *Donec rex in recubitu suo est, nardus mea dedit edorem suum.* Virtus namque profitientium in notitiam caeterorum hominum quasi suavitatem fraglat odorum. Hinc est quod per Paulum dicitur: *Christi bonus odor sumus Deo.* Unde et nunc sancta Ecclesia in electis suis quandam fraglantiam suavitatis odorans loquitur dicens: *Donec rex in recubitu suo est, nardus mea dedit odorem suum*; ac si apertius dicat: Quousque meis obtutibus rex apud se in requie secreti caelestis absconditur, electorum vita mire virtutum operibus exercetur, ut quo adhuc eum quem appetit non videt, ardentius per desiderium fraglet. Regi, quippe, in recubitu suo posito, nardus odorem suum dat, dum quiescente in sua beatitudine Domino sanctorum virtus in Ecclesia magnam nobis gratiam suavitatis administrat.

---

1 designantur *cet.* — 2-15 Job., XVI, 21. — 2 nunc *om. cet.* — 2 te *om. cet.* — 5 electa *om. cet.* — 5 peccatores *cet.* — 5 quod. *coni.* quae *Rot.* se *cet.* — 6 similitudinem condita *cet.* — 10 viam (*rect.*) *cet.* — 10-11 et sequitur *om. cet.* — 13 ergo *om. cet.* — 14 recte *Rot.* qui *cet.* — 16 Dum rex *cet.* in accubitu *cet.* — 18 fraglat, *Rot*,, fragrat *cet.* — 19 et *om. cet.* — 21 est *om. cet.* — 22 a meis *cet.* — 22-27 Job, 35, 44. — 23 miris virtutum *cet.* — 24 eum *om. cet.* — 27 subministrat *cet.*

C. IX. — *Sicut lilia inter spinas, sic amica mea inter filias.* — Ac si aperte dicat: Hi veraciter boni, qui in bonitate persistere etiam inter malos possunt. Hinc ad Ezechielem dicitur: *Filii hominis perversores et increduli sunt tecum, et cum scorpionibus habitas.* Hinc Petrus vitam beati Loth glorificat dicens: *Et iustum Loth oppressum a nefandorum injuriis et conversatione eripuit. Aspectu enim et auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant.* Hinc Paulus apostolorum vitam glorificat, et glorificando confirmat dicens: *In medio nationis pravae et perversae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentes.* Hinc per Iohannem angelus Pergami Ecclesiae attestatur dicens: *Scio ubi habitas, ubi sedes est Sathanae: et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam.*

C. X. — *Sub umbra illius quem desideraveram sedi.* — Per umbram quippe hoc loco refrigerium cordis ex superna protectione exprimitur. *Sub umbra illius,* inquit, *quem desideraveram sedi*: Ac si diceret: Ab aestu desideriorum carnalium sub adventu illius protectionis requievi.

C. XI.— *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.*— Quid namque sunt flores, nisi animae bonum iam opus inchoantes et desiderium caeleste redolentes? Quid mala cum floribus, nisi perfectae etiam bonorum mentes, quae ad fructum perveniunt boni operis de initio sanctae propositionis? Quae ergo amore languet, fulciri quaerit floribus, stipari malis, quia etsi illum quem desiderat videre adhuc non permititur, magna ei est consolatio cum de aliorum profectibus laetatur. Anima ergo sancto amore languida floribus malisque fulcitur ut requiescat in opere proximi, quia adhuc contemplari non valet vultum Dei. Pensemus, ergo, Paulus in eiusmodi amore langue-

---

1-13 deest in Paterio. — 4-11 *Job.*, XXX, 29, *ut est in* Sents. *Tajonis*, III, XV. — 6-7 jussus erat *cet.* — 8 apostolus *cet. et add.* Sanctorum. — 11 angelus *cods.; fort.* angelo. — 11 pergamenae *cet.* — 14-18 deest in Paterio.— 17 desiderationum *cet.* — 17 adventus *cet.* — 17-18 protectione *cet.* — 19-28 *Homil. in Ezechielem*, l. II, n. 3, n. 8. — 21 celestes *cet.* — 21-22 nisi et perf. bonorum *cet.* — 24 si *Rot.* et si *cet.* — 27 opere] amore *cet.* — 28 ergo] quomodo *cet.* — 28 in *om. cet.*

bat, qui dicebat: *Michi vivere Christus est, et mori lucrum.* Omnipotenti Deo in tanto se amore coniunxerat, quod sibi vitam Christum tantummodo et mori lucrum esse deputabat. Hinc est quod iterum dicit: *Desiderium habeo dissolvi, et cum Christo esse multo magis melius.* Sed ecce qui dissolvi desiderat, quo amore langueat videamus; quia interim deferri se conspicit, fulciri quare floribus non requirit? quaerit plane, nam sequitur: *Permanere autem in carne, necessarium propter vos.* Et proficientibus discipulis dicit: *Quae est enim nostra spes aut gaudium aut corona gloriae? nonne vos,* ante Dominum nostrum Ihesum Christum?

C. XII.— *Leva eius sub capite meo, et dextera eius amplexabitur me.* Quid per levam nisi vita praesens? Quid vero per dexteram, nisi perpetua vita signatur? Sancta Ecclesia prosperitatem videlicet vitae presentis quasi sub capite posuit, cum intentione summi amoris praemitur. Dextera vero Dei eam amplectitur, quia sub eterna eius beatitudine tota devotione se erigere conatur. Hinc rursum per Salomonem dicitur: *Longitudo dierum in dextera eius. In sinistra, vero, illius divitiae et gloria.* Divitiae itaque et gloria qualiter sunt habenda docuit. Hinc psalmista ait: *Salvum me faciat dextera tua.* Neque enim ait: Manus, sed, dextera tua. [...*te* et hoc nobis magnopere perpendendum est quia is qui placidus ascendit terribilis rediet].

Ut videlicet, cum dextera diceret, quia aeternam salutem quaereret indicaret. Hinc rursum scriptum est: *Dextera tua, Domine, confregit inimicos.* Hostes enim Dei qui hac in sinistra proficiunt, dextera franguntur, quia plerumque pravos vita praesens elevat, sed adventus aeternae beatitudinis damnat.

C. XIII.— *Ecce iste veniet saliens in montibus et transiliens colles.*— Veniens quippe Christus ad redemtionem nostram, quosdam ut ita dixerim saltus dedit, et necessarium nobis est ipsos eius saltus ag-

---

2 in *om. cet.*—4 dixit *cet.*—4-5 multo magis melius *om. cet.*—6 requiritur *Rot.*— 7 Quierit plane *cet.*— 8 enim *om. cet.*— 12 vero *om. cet.*—11-17 *Regula Pastor*, III, 26, *admon.* 27.— 16 erigere] subiungere *cet.*— 18 sint *cet.* —19 Hinc quod *cet.* — 20-21 te... rediet. *desumptum ex pag. seq.* 278. — 22 cum dextera diceret] quam dexteram doceret *cet.* — 22-23 quaerebat *cet.* — 27 et *om. cet.*

noscere. De caelo venit in uterum; de utero venit in praesepium; de praesepio venit in crucem; de cruce venit in sepulcrum; de sepulcro rediit in caelum. Ecce ut nos post se currere faceret, tot pro nobis saltus, manifestata per carnem, veritas dedit, quia exultavit ut gigas ad currendam viam suam, ut nos ei ex corde diceremus: *Trahe nos, post te curremus in odorem unguentorum tuorum.* Unde oportet, ut illuc sequamur corde, ubi eum corpore ascendisse credimus, et desideria terrena fugiamus. Nichil iam nos delectet in infimis, quia patrem habemus in caelis. Et hoc nobis magnopere perpendendum est, quia is qui placidus ascendit teribilis rediet. Et quicquid nobis magnopere praecepit, hoc a nobis cum districcione exiget.

C. XIIII.— *En ipse stat post parietem nostrum.*— Sancta Ecclesia sponsi sui speciem videre in divinitate desiderans, nec tamen valens, quia aeternitatis illius formam quam intueri concupierat, humanitas abscondit.

*En ipse stat post perietem nostrum.* Ac si aperte dicat: Ego hunc iam in divinitatis suae specie videre desidero, sed adhuc a visione illius per assumptae carnis parietem excludor. Qui enim humanis oculis hoc, quod de mortali natura assumpsit, ostendit, et in se ipso invisibilis mansit; in aperto se videre quaerentibus, quasi post parietem stetit; quia videndum se manifesta maiestate non prebuit. Quasi enim post parientem stetit, quia humanitatis naturam, quam assumpsit, ostendit, et divinitatis naturam humanis oculis ocultavit. Unde illic subditur.

C. XV.— *Respiciens per fenestram, prospiciens per cancellos.*— Quisquis enim per fenestram vel cancellos respicit, nec parum nec totus videtur. Sic nimirum redemptor noster ante dubitantium oculos factus est, quia si miracula faciens non pertulisset ut homo,

---

1-5 *Homil. in Ezechielem*, II, 29, 10. — 1 dicam *cet.* — 4 manifesta *cet.* — 4 quasi ut gigas *cet.* — 5 ex toto corde *cet.* — 6 illic *cet.* — 7 ubi] quo *cet.* — 7 et *om. Rot.*—9-10 Et hoc... rediet *om. Rot.* — 10 nobis *om. cet.* — 14 humanitate *cet.* — 16 ipse, inquit, *cet.* — 17 specie *cet.* — 19 a 4 de la p. 279 *Homil. in Ezeq.*, II, 15, 1ª. — 21 manifestata *cet.* — 26 vel per cancellos *cet.* — 26 nec parvus *Rot.* partim *cet.* parum *conieci.* — 28 non pertulisset *cet.*

plane eis apparuisset Deus. [Si infirma carnis pertulisset solum], purus putaretur homo. At quia haec divina fecit et humana pertulit, quasi per fenestras vel per cancellos ad homines prospexit, ut Deus appareret ex miraculis, et lateret ex pasionibus; sed tamen esse ultra homines, ex miraculis agnosceretur.

*Surge, propera, amica mea, iam enim hiems transiit, imber abiit et resessit, flores apparuerunt in terra.* Quia praedicationes sanctae Ecclesiae cum vita praesenti, id est, pluviae cum hieme cessabunt, recte nunc exeunti animae atque ad aeterna aestiua properanti sponsae voce blandienti dicitur: *Surge, propera, amica mea, iam enim hiems transiit, imber abiit et recessit.* Transeunte quippe hieme, imber recedit, quia cum vita presens peragitur, in qua nos ignorantiae nubilo carnis corruptibilis torpor adstrinxerat, omne ministerium praedicationis cessat. Clarius quippe per nos tunc videbimus hoc quod sanctorum nunc vocibus obscurius audimus. Tunc erit novi Testamenti finis, cum ea quae de se promiserat impleverit. Finietur vero testamentum. Verba cessabunt. Unde et huic sanctae Ecclesiae veri luminis diem, quasi tempus vernale prestolanti, eiusdem sponsi voce dicitur: *Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Iam enim hiems transiit, imber abiit et recessit, flores apparuerunt in terra.* Sic enim sancta Ecclesia seu unaquaeque electa anima, caelesti sponso est amica per amorem; columba per speciem; formosa per morum pulchritudinem. Quae cum iam de corruptione carnis educitur, ei procul dubio hiems transiit, quia presentis vitae torpor abscedit. Imber quoque abiit et recessit, quia cum ad contemplandum in sua substantia educitur omnipotentem Deum, iam verborum guttae necessariae non erunt, ut pluvia debeat praedicationis infundi, nam quo minus audire poterit, eo amplius videbit. Tunc apparebunt flores in terra, quia cum de aeternae beatitudinis vita quaedam

---

1-2 Deus + Si infirma carnis pertulisset solum, puris putaretur homo *cet*, — 4 esse *om. cet.* — 7 sanctae] vitae *cet.* — 8 et te *Rot.*, recte *cet.* — 9 aestiva... sponsi *Rot.* — 11-15 *Job.* XXVII, 45. — 16 promiserit *cet.* — 16 Finietur vero *conieci*, Firmetur vero *Rot*, Firmatur vero *cet.* — 17 huic sanctae Ecclesiae *Rot.*, Unde huic sponsae verae *cet.*—18 tempus vernale *Rot.*, tempus *om. cet.*—22 col. per spiritum *cet.* — 25-26 contemplandum deum omnipo. in sua subst. educ. *cet.* — 29 aeterna *cet.*

suavitatis primordia praegustare anima caeperit, quasi iam in floribus odoratur exigens, quod postquam egressa fuerit, in fructu uberius habebit. *Tempus putationis advenit.* In putatione quippe sarmenta sterilia praeciduntur, ut ea quae praevalent uberius fructum ferant. Nostrae itaque putationis tempus tunc adveniet, quando infructuosam hanc noxiamque corruptionem carnis deseruerimus ut ad fructum animae pervenire valeamus.

C. XVI.— *In lectulo meo per noctem quaesivi quem diligit anima mea, quaesivi illum et non inveni.* Abscondit se sponsus cum quaeritur, ut non inventus, ardentius quaeratur. Et differtur, ne quarens sponsa inveniat, ut tarditate sua capacior reddita, multiplicius quandoque inveniat quod quaerebat. In lectulo enim dilectum quaerit, quando in ipso suo otio et vacatione quem appetit, iam videre anima Dominum concupiscit. Iam ad eum exire desiderat. Iam carere presentis vitae tenebris anhelat. Sed quaerit illum et non invenit, quia quamvis magno amore desiderat, tamen ei nunc non conceditur videre quem amat.

*Surgam et circuibo civitatem per vicos et plateas et quaeram quem diligit anima mea.* Quae defectu quoque inventionis ingeminat dicens: *Quaesivi illum et non inveni.* Sed quia diu inventionem desistit, adiungit: *Invenerunt me custodes qui custodiebant civitatem. Num quem dilexit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea.* Dilectum namque in lectulo quaerimus, quando in presentis vitae aliquantula requie, redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem quaerimus, quia etsi iam in illo mens vigilat, tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum suum non invenit, restat ut surgat, civitatem circumeat, id est, sanctam electorum Ecclesiam mente et inquisitione percurrat. Per vicos seu per plateas quaerat, id est, per angustam et latam viam gradientes aspiciat ut si qua in eis invenire non valeat, eius vestigia exquirat.

---

2 adoratur *cet.* — 2 exigens *om. cet.* — 2 fuerit *cet.* — 2-3 uberi *cet.* — 5 tunc] nunc *cet.* — 6 nox-que *cet.* — 11 capiatur *cet.*— 11-16 *Homil in Ezech.* h. 19, n. 11. — 13 Dominum *om. cet.* — 14 iam enim *cet.* — 16 ut tamen *Rot.*, — 18 Quae *om. cet.* — 18 defectum *cet.* — 19 inventio non *Rot.*, inventionem *cet.*— 20-21 diligit *cet.* — 22 a 4 de la p. 281 (teneatur), id. Hom. 25. n. 2.—28 qua *om. cet.* — 29 non *om. Rot.*

Sunt nonnulli etiam vita seculares qui imitandum habent aliquid de actione virtutis. Quaerentes autem vigiles inveniunt qui custodiunt civitatem, quia sancti patres qui Ecclesiae statum custodiunt, bonis nostris studiis condescendunt, ut suo verbo vel scripto nos doceant. Quos cum paululum pertransimus, invenimus quem diligimus, quia redemptor noster etsi humilitate homo inter homines, divinitate tamen super homines fuit. Cum ergo transeuntur vigiles dilectus invenitur quia cum prophetas et apostolos infra ipsum esse conspicimus, illum qui natura Deus est, esse super omnes consideramus. Prius, ergo, non inventus quaeritur, ut post inventus strictius teneatur. Sancta enim desideria nos ferunt. Hoc amore arsit quisque qui ad veritatem pertingere potuit. Hinc nunc David ait: *Sitivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* Hinc idem ammonet dicens: *Quaerite faciem eius semper.* Hinc propheta ait: *Anima mea desiderat te in nocte, sed et spiritus meus in praecordiis, de mane vigilabo ad te.*

*Invenerunt me, inquit, vigiles, qui custodiebant civitatem. Num quem dilexit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem deligit anima mea.* Quos, enim, vigiles qui civitatem custodiunt, nisi priores patres et prophetas accipimus, qui studuerunt ad custodiam sanctam, sanctae praedicationis voce, vigilare? Sed cum redemptorem suum Ecclesia quaereret, in ipsos antiquos praedicatores spem figere noluit, quae dicit: *Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea.* Illum quippe invenire non posset, si istos pertransire noluisset. In istis se custodibus infideles fixerant qui Christum Dei filium unum quemlibet esse illorum credebant. Voce igitur ac fide Petri inventos vigiles sancta Ecclesia transiit, quem prophetarum Dominum unum quemlibet ex prophetis credere contempsit dicens: *Tu es Christus filius Dei vivi.*

---

3 quia... custodiunt *om. cet.* — 5 paululum] per paulum *cet.* — 7 transeunt *cet.* — 10-11 sancti enim desiderio ardent *cet.* — 12 namque david *cet.* — 12 fontem vivum *cet.* — 13 Domini *cet.* — 17 Num *om. Rot.* — 18-29 *Job.* XVIII, 80. — 20 studuerunt *om. cet.* — 20-21 ad custodiendam *cet.* — 21 Ecclesiam *add. cet.* — 21 vigilarunt *cet.* — 27 quae *cet.*

C. XVII.— *Quae est ista quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae et thuris, et universi pulveris pigmentorum?* Sancta quippe electorum Ecclesia cum ab hoc mundo in sanctis precibus ardenti amore se erigit, per desertum quod deserit ascendit. Qualiter vero ascendat adiungit: *Sicut virgula fumi et aromatatibus.* Fumus de incenso nascitur, et per psalmistam dicitur: *Dirigatur, Domine, oratio mea sicut incesum in conpectu tuo.* Fumus excutere lacrimas solet. Itaque fumus ex aromatibus, est compunctio orationis concepta ex virtutibus amoris. Quae tamen oratio fumi virgula dicitur, quia dum sola caelestia postulat, sic recte progreditur, ut ad terrena atque temporalia petenda minime reflectatur. Et notandum quod non «virga» sed «virgula» nuncupatur, quia interdum in compunctionis ardore tantae subtilitatis est vis amoris, ut hanc ipse animus non possit comprehendere, qui illumitatus meruit habere [Ecclesiam]. *Sicut fumi virgula ex aramatibus ascendit*, quia ex vitae suae virtutibus interni cotidie incensi rectitudine proficit, nec prava per cogitationem defluit, sed se inter arccana cordis, in rigoris virga constringit. Quia ea quae agit dure cogitare semper ac retractare non desinit, myrrham, quidem et thus habet in opere, sed pulverem in cogitatione.

Bene autem dicitur myrrha et thus: Thus enim ex lege Domino in sacrificio incenditur; per myrrham, vero, corpora mortua condiuntur, ne vermibus corrumpantur. Myrrhae ergo et thuris sacrificium offerunt qui et carnem afficiunt, ne eis corruptionis vitia dominentur, et

---

2 myrrhae et thuris *cet.* — 2 *cods. cet. add. hic, sed incongrue:* Quia gracilis et delicata, quia divinis est attenuata disciplinis (etenim concremata intus in holocaustum incendio pii amoris et desiderio caritatis) ut virgula, inquit, fumi ex aromatibus, nimirum, quia multis repleta erat virtutum odoribus, manans ex ea fragrabat suavissimus odor et spiritus angelicus. Ascendebat autem de deserto praesentis saeculi virga de radice Jesse olim exorta, et mirabantur electorum animae prae gaudio quaenam esset, quae etiam meritorum virtutibus angelorum vinceret dignitatem. — 2 a 7 de la p. 275 Hic locus non invenitur in Paterio, sed in Tajone, *Sententiae*, II, c. XXIV, Collectum ex lib. II, *Homil. in Ezech.*, h. 10, n. 23; *Job.* XXXIII, n. 54; iter. ex *Ezech.* h. X n. 23. — 3 electorum *om. cet.* — 3 in *om. cet.* — 4 ascendit *cet.* — 6-7 Domine *om. Rot.* — 7 in conspectu tuo *om. cet.* — 8 ita *cet.* — 8 est *om. cet.* — 12 in compunctionis *om. cet.*— 14 qui] quem *cet.*— 14 meruit] * ruit *cet.* — 14 Ecclesiam *om. cet.* — 15 interne *cet.* — 16 incensi *om. cet. et add.* in. — 16 pravam *cet.* — 16 per *om. cet.* — 17 vigoris virga *cet.* — 17 et ea *cet.* — 18 tractare *cet.* — 19 sed *omit. cet.* — 21 incendit *cet.* — 22 et *om. cet.*

edolentem in conspectu Domini amoris sui hostiam incendunt, se-ue ipsos Domino in sanctis virtutibus exhibent.

Unde et illic subditur: *Et universi pulveris pigmentarii.* Pulvis est igmentarii virtus boni operis. Et notandum quod virtutes bene ope-antium, non pigmenta, sed pulveres dicuntur. Cum enim quaelibet ona agimus pigmenta offerimus; cum vero ipsa etiam bona quae agi-us retractamus et ne quid in his sinistrum fiat, iudicio retractatio-is attendimus quasi ex pigmentis pulverem facimus ut orationem ostram Domino per discretionem et amorem subtilius incendamus.

C. XVIII.— *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt.* Ut piritualis pugnae describeret bellatores ait: *Omnes tenentes gladios et d bella doctissimi.* Quid namque scriptura divinitus loqueretur, Pau-us aperuit dicens: *Et gladium spiritus quod est verbum Dei.* Non est irabile solummodo scire sed facere. Habet quippe bella, sed eget ladio qui divinum quidem eloquium novit, sed secundum id vi-ere negligit. Doctus [esse] ad bella iam non est qui spiritualem, uem habet, gladium, minime exercet. Nam resistere temptationibus, omo non sufficit, qui hunc verbi Dei tenere gladium, male vivendo ostponit.

C. XVIIII.— *Uniuscuiusque ensis super femur suum propter timores octurnos.*— Nocturni timores sunt insidiae temptationis occultae; nsis autem super femur, est custodia vigilans carnis illecebras pre-ens. Ne ergo nocturnus timor, id est, occulta et repentina tentatio ubrepat, semper necesse est ut femur nostrum superpositus custodiae nsis premat. Sancti etenim viri sic de spe certi sunt, ut tamen sem-er sint de temptatione suspecti. Hinc quippe per psalmistam dici-ur: *Servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore,* ut de spe xultatio, et de suspectione nascatur tremor. Vel certe ensis super

---

7 sinistrum *cet.* sinistrorum *Rot.* — 8 quasi] quod *cet.* — 10 ut *om. cet.* — 1 describens *cet.*— 13 Dei. Non est mirabile, *codices omnes*: Paterius *vero addit*: ei. Salomon autem non ait: *Omnes habentes gladios*, sed, *tenentes*, quia videlicet erbum Dei non est mirabile... — 14-19 *Job*, XIX, 25. — 16 esse *om. cet.* — 8 homo *sic codds. Pater.* omninos — 20-27 *Job*, XX, 8. — 24 noster *Rot.* — 6 quippe] igitur *cet.* — 28 suspictione *cet.* — 28 a 10 de la p. 284 *Homil. in Ezech.*, II, h. 3.

femur ponitur, quando acumine sanctae praedicationis pravae sugge tiones edomantur. Per noctem, vero, caecitas nostrae infirmitatis e primitur, quia quicquid adversitatis [innocens] inminet non vid *Uniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos*, qu videlicet sancti viri dum ea quae non vident metuunt, ad intenti nem certaminis parati semper assistunt.

C. XXI.— *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani; colu nas eius fecit argenteas, reclinatorium auteum, ascensum purpureu media caritate constravit propter filias Iherusalem.* Nequaquam cr dendum est Salomonem, tantae magnitudinis regem qui sic inme sis divitiis affluebat ut pondus auri eius aestimari non possit et arge tum in diebus illius pretium non haberet, quia ferculum sibi ligneu fecisse. Sed iste Salomon est, videlicet, pacificus noster Christus, q sibi de lignis Libani ferculum fecit. Libani quippe ligna cedrina va de sunt imputribilia. Ferculum itaque regis nostri sancta Ecc sia est, quae fortibus patribus, id est, de imputribilus membris me tibus est constructa. Quae recte ferculum dicitur, quia ipsa fert c tidie animas ad aeternum convivium conditoris sui. Cuius in fercul columnae argenteae factae sunt, quia predicatores Ecclesiae luc resplendent sapientiae. Est autem columnis argenteis reclinatoriu (adiunctum) aureum, quia per hoc quod a sanctis praedicatoribus l cide dicitur, mentes audientium fulgorem claritatis intimae in quo r clinentur inveniunt. Per hoc enim quod lucide et aperte audiunt, i illud quod clarescit, in corde requiescunt. Columnae ergo argentea et reclinatorium aureum factum est, quia per lucem sermonis inven tur apud animum claritas quietis. Ille quippe iam fulgor interni mentem irradiat ut per intentionem ibi requiescat, ubi praedication gratia coruscat.

De eadem quippe sancta Ecclesia scriptum est: *Pennae colu bae deargentatae et posteriora dorsi eius in specie auri.* Quia eni

---

3 innocens *om. cet.* — 5 si viri *cet.* — 12 quod *cet.* — 14-15 valde [e quae fortibus patribus, id est] *Rot.* — 16 patribus *om. cet.* — 16 a 28 de la p. 2 Ezech. 2. h. 3. —16-17 mentibus *Rot.* membris *cet.*—20 scientiae *cet.*—20 arge teis] aureis *cet* — 21 adiunctum *add. Rot.* — 21 sacris *cet.* — 23 et *om. ce* — 23-24 in illo *cet.* — 26-27 fulgor mentis *cet.*

spiritu mansuetudinis impleta est, quasi columba pennas deargentas habet. In posteriora vero dorsi speciem auri continet, quia hic praedicatores sui sermonis luce induit, in posteriora autem saeculi fulgorem in se claritatis ostendit. Sed ad hoc quod clarum intus ostenditur, qualis sit ascensus adiungit, cum de eodem ferculo protinus subdit; *ascensum purpureum*. Vera quippe purpura, quia de sanguine tinguitur, non inmerito in colore sanguinis videtur. Et quia maxima multitudo fidelium in exordio nascentis Ecclesiae per martyrii sanguinem pervenit ad regnum, rex noster ascensum purpureum fecit in ferculo, quo ad clarum, quod intus aspicitur, per tribulationem sanguinis pervenitur. Quid ergo ad haec nos miseri atque ab omni fortitudine destituti acturi sumus? Ecce in hoc ferculo columnae esse non possumus, quia in nobis nec fortitudo operis nec lumen emicat praedicationis. Reclinatorium aureum non habemus, quia necdum sicut oportet per intellectum spiritualem requiem internae claritatis aspicimus. Ascensus purpureus non sumus, quia pro redemptore nostro videre sanguinem non valemus.

Quid ergo de nobis agendum est? Quae spes erit, si nullus ad regnum pervenit, nisi qui summis praeditus virtutibus fuerit? Sed hic est quoque nostra consolatio. Amemus in quantum possumus Deum, diligamus proximum, et simul quoque nos ad Dei ferculum properemus. Quia sicut illic scriptum est: *media caritate constravit*, habeamus quippe caritatem, et ibi sine dubio perveniemus ubi et columna argentea erigitur, et ascensus purpureus tenetur. Nam quia hoc propter nostram infirmitatem dicitur, aperte monstratur, cum illic protinus subditur: *propter filias Hierusalem*. Sermo etenim Dei, qui non vacua sed filias dicit, quid aliud per sexum femineum, quam mentium firma significavit?

---

1 repleta *cet.* — 2 in *om. cet.*— 2 continent *cet.*— 4 adhuc *Rot.*—6 purpurea *cet.* — 9 *post.* regnum *add. cet.*: inter quos etiam gloriosae germanae virgines, de quibus sermo habetur, digne etiam numerari meruerunt. *(adlusio ad sanctas sorores Justam et Rufinam).* — 10-11 sanguinis *Rot.*, carnis *cet.* — 11 ad haec *Rot.*, adhuc *cet.* — 13 emittat *cet.* — 17 *post.* valemus *add. cet.*: «Has autem sanctas puellas fudisse constat, quarum annua sollemnia recolimus». — 21-22 praeparemus *cet.* — 22 sic illius *Rot.* — 23 et eo *cet.* — 23 et (2°) *om. cet.* — 24 quia] quod *cet.* — 25 dicatur *cet.* — 26 subdatur *cet.* — 26 sermo enim *cet.* — 28 infirmitatem *cet.*

C. XXII. — *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es; oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet.* — Pulchram narrat et pulchram replicat quia alia est ei pulchritudo morum, in qua nunc cernitur, atque alia pulchritudo praemiorum, in qua tunc per conditoris sui speciem sublevatur. Cuius membra videlicet sunt omnes electi qui ad cuncta simpliciter incedunt. Eius occuli columbarum vocantur quia magna luce irradiant, et signorum miraculis coruscant. Sed, quantum est omne hoc miraculum quod videre potest apud illum! Interius miraculum est mirabilius, quod videri nunc non potest. De quo illud aperte subditur: *Absque eo quod intrinsecus latet.* Quia magna est gloria aperti operis, sed longe incomparabilis occultae remunerationis.

C. XXIII.— *Dentes tui sicut greges detonsarum quae ascenderunt de lavacro.*—In scriptura sacra dentes, aliquando sancti praedicatores aliquando vero interni accipi sensus solent. De santis enim predicatoribus nunc sponsae dictum est: *Dentes tui sicut greges tonsarum quae ascenderunt de lavacro.* Unde et uni eorum ostensis in figura animalium generibus dicitur: *Macta et manducat*, id est, vetustatem eorum contere, et in corpus, videlicet Ecclesiae, sua membra converte.

C. XXIIII.— *Sicut vitta coccinea labia tua, sponsa mea; eloquium tuum dulce.*— Vitta quippe crines capitis astringit; labia ergo sponsae sicut vittae sunt, quia exhortatione sanctae Ecclesiae cunctae in auditorum mentibus diffusae cogitationes ligantur, ne remissae diffluant, ne sese ad illicita spargant, ne sparsae cordis occulos deprimant; sed quasi ad unam intentionem colligantur, dum vitta eas sanctae nexu predicationis ligat. Quam recte et coccineam asserit, quia sanctorum predicatio solo caritatis ardore flammescit.

C. XXV. — *Sicut Turris David collum tuum, quae aedificatur*

---

5 videlicet *post.* dilecti *cet.*—6 electi] dilecti *cet.*—18 animalium *om. Rot* — 18 gentibus *cet.*— 19 sua membra *Rot.* suae *cet.*— 21-28 *Job.* libr. II, n. 82. — 23 ex oratione haustae ecclesiae *cet.* —26 vitta *om, cet.* —27 Sancta *cet.*

*cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.*— In collo etenim guttur, in gutture vox est. Quide rgo per collum santae Ecclesiae, nisi sacra eius eloquia designantur, in qua dum mille clypei pendere memorantur, per hunc perfectum numerum, numerus universus ostenditur, quia universa nostra munitio in sacro eloquio continetur? Ibi quippe sunt precepta Dei, ibique exempla iustorum. Si enim torpet animus a conditoris sui desiderio, audiat quod dicitur: *Diliges proximum tuum tanquam te ipsum.* Qui res alienas concupiscit, audiat quod illic scriptum est: *Non concupisces rem proximi tui.* De iniuria quae a proximiore vel facto illata est, aut irata mens accenditur, audiat quod dicitur: *Non quaeres ultionem, nec memor eris iniuriae civium tuorum.* In carnis concupisentia male sauciata mens si accenditur, ne sequatur occulus mentem, audiat quod paulo superius dictum est: *Qui vederit mulierem ad concupisendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.* Contra inimicum forsitam quisque animum suum relaxare disponit in odium? audiat quod illic scriptum est: *Qui odit fratrem suum, homicida est.* Sed si is qui aliena iam non rapit, adhuc forsitan sua inordinate retinet, audiat quod illic dicitur: *Vendite quae habetis, et date elemosynam.* Infirmantis animus perfrui desiderat deo simul et saeculo? audiat quod illic scriptum est: *Nemo potest duobus dominis servire.* Alius < si > non ad necessitatem stipendii, sed ad voluntatem desiderii possessa retinet, audiat quod illic dicitur: *Qui non renuntiaverit omnibus quae possidet, non potest esse meus discipulus.* Quidam enim relinquunt omnia: multi autem ea possidendo renuntiant. Qui sic ad usum possessa retinent, ut his ex desiderio non subcumbant.

Torporem quisque appetit et laborem subire pro Domino, et iam cum prevalet, refugit? audiat quod illic scriptum est: *Qui mecum non colligit, spargit.* In collo ergo sanctae Ecclesiae, id est, in sacri eloquii praedicatione, quae pro sua munitione et altitudine turris David similis dicitur. *Mille clypei dependent*, quia quot illic precepta sunt, tot etiam corporis nostri munimina.

---

10 aut] si *cet.* — 17 Sed *Rot.* Si *cet.* — 17 non *om. cet.* — 20 quod *cet.* semper. — 22 + et is + audiat *cet.* — 23 renuntia *cet*, — 29 dispergit *cet.* - 31 pendent *cet.* — 31 quot *Rot.*, quod *cet.*

Ad servandam itaque innocentiam Ecclesiae, et erga proximum perdurare in humilitate festinamus? Abel ante oculos veniat, qui et occisus a fratre scribitur, et non legitur reluctatus.

Mentis munditia etiam cum coniugali copula eligitur? Enoch debet imitari, qui, et in coniugio positus, ambulavit cum Deo, et non inueniebatur, quia transtulit illum Deus.

Praecepta Dei festinamus praesenti nostrae utilitati praeponere? Noe ante occulos veniat patriarcha, qui cura domestica postposita, ex iussione omnipotentis Domini per centum annos ad Archae fabricam vixit occupatus. Subire obedientiae virtuti nitimus? Aspicere Abraham debemus, qui relicta domo et cognatione patris, obaedivit Deo exire in locum quem accepturus erat in haereditatem. Exiit, nesciens quo iret, qui paratus extitit, ut pro aeterna haereditate, dilectum, quem acceperat, occideret haeredem. Et quia unicum Deo offere non distulit, universam multitudinem gentium in semine accepit.

Morum simplicitas placet? Isaac ad mentem veniat, quem in omnipotentis Dei oculis vitae suae tranquillitas ornavit.

Laboriosa fortitudo ut optineri debeat, quaeritur? Iacob ad memoriam reducatur, qui postquam scivit fortiter servire homini, ad eam quoque virtutem perductus est, ut non potuisset, luctante angelo, superari.

Conamur carnis illecebram vincere? Ioseph ad memoriam redeat. Cum, temptante se domina, studuit carnis continentiam etiam cum vitae periculo custodire. Unde factum est, ut qui membra sua bene noverat regere, regendo quoque omni Egipto preesset.

Mansuetudinem atque potentiam optinere quaerimus? Moysen ante oculos deducamus, qui exceptis parvulis ac mulieribus, sexcenta milia armatorum regens, mitis fuisse describitur super omnes qui habitabant super faciem orbis terrae.

Rectitudinis zelo contra vitia accendimur? Phinees ante oculos deducatur qui coeuntes gladio tranfigens, castitati populum reddidit, et iram Dei, iratus, placavit.

De spe omnipotentis presumere in dubiis quaerimus? Iosue ad

---

2 et *om. cet.* — 4 munditiam *cet.* — 4 etiam *Rot.* quis *cet.* eligitur *Rot.* elegit *cet.* — 5 Domino *cet.* — 6 Dominus *cet.* — 9 iussu omnip. *cet.* — 10 virtutem *cet.* — 13 extitit *Rot.*, erat *cet.* — 16 ad *Rot.*, in *cet.* — 20 quoque *om. cet.* — 20 posse *cet.* — 23 cum *Rot.*, qui *cet.* — 25 toti quoque Aegypto regendae *cet.*

memoriam revocemus, qui dum dubia certamina certa mente subiit, ad victoriam sine dubietate pervenit.

Iam mentis inimicitias postponere cupimus, in benignitate vero animum dilatare? Samuel in cogitatione deducatur, qui de principatu deiectus a populo, cum idem populus peteret ut pro eis Domino preces effunderet, respondit dicens: *Absit a me hoc peccatum in Domino, ut cessem orare pro vobis.* Culpam quippe vir sanctus pertrahere sese credidit, si eis, quos adversarios pertulerat usque ad deiectionem, benignitatem gratiae non reddidisset in prece. Qui rursum cum iubente Domino mitteretur, ut David ungeret in regem respondit: *Quo modo vadam? Inveniet enim me Saul et occidet me.* Et tamen quia iratum Deum eidem Sauli cognoverat, in tantum se luctu afflixerat, ut ei per se Dominus diceret: *Quousque tu luges Saulem, cum ego abiecerim illum?* Pensemus ergo eius animum quantus ardor caritatis incenderat, qui et illum flebat a quo timebat occidi.

Quid si locum ultionis fortasse reperimus, <ut> malum pro malo reddamus ipsi quem fugimus? David ad memoriam redeat, qui persequentem se regem et invenit ut posset occidere, et tamen in ipsa feriendo potestate positus, elegit bonum, quod ipse deberet facere; non autem malum, quod ille merebatur pati, dicens: *Absit a me, ut mittan manum meam in Christum Domini.* Et cum Saul idem post ab hostibus fuisset interemptus, eum quem persequtorem dum viveret pertulit, flevit occisum.

Errantibus huius mundi potentibus libere loqui decernimus? Iohannis autoritas ad animum reducatur, qui Herodis nequitiam reprehendens, pro verbi rectitudine occidi non timuit. Et quia Christus est veritas, ipse ideo pro Christo, id est pro veritate animam posuit.

Carnem Deo iam sanctam ponere in morte festinamus? Petrus ad mentem redeat qui inter flagella gaudet; qui caesus principibus resistit; qui vitam suam pro vita despicit.

Cum propter mortis appetitum disponimus adversa contemnere,

---

2 sine dubio *cet.* — 3 mentis etiam *cet.* — 7 contrahere *cet.* — 12 tantum luctu se — 15 accenderat *at.* — 15 deflebat *cet.* — 16 Quod *cet. in Rot. eras.* — 16 ut *addidi ex contextu. om. cods.* — 18 potuisset *Rot.*— 18-19 in ipsa *cet.* in *om. Rot.* — 21 postea *cet.* — 24 Si errantibus *cet.* — 27 ipse ideo *om. cet.* id est *add. cet., om. Rot.* — 31 Cum *Rot.* Si *cet.* — 31 decrevimus *cet.*

Paulum ante oculos deducamus, qui non solum alligari sed et mori paratus pro Christo non facit preciosiorem animam suam, quam se.

Succendi cor nostrum igne caritatis quaerimus? Ihoannis verba pensemus, cuius omne quod loquitur caritatis igne vaporatur.

Quia ergo in voce sacri eloquii cuiuslibet quaerimus munimen virtutis, invenimus: *Mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.* Si enim pugnare contra spiritualia nequitiae volumus, in collo Ecclesiae, quae nobis sicut Turris David erecta est, id est, in divina eloquia protectionis arma requiramus, ut praecepti ex discretione contra vitia sumatur virtus adiutorii. Ecce enim, si contra aerias potestates festinamus fortes exsistere, in hac turri armaturam nostrae mentis invenimus: inde praecepta conditoris, inde sumamus exempla praecedentium, per quae contra adversarios inexpugnabliiter armemur. Dum enim quamlibet virtutem subire appetis, hanc illic a patribus impletam vide, ibi armaturam tuam invenis, per quam contra spiritualia bella muniaris. Dependent quippe in ea clypei, ut si quis pugnare appetit, assummat, et ex eorum virtute pectus muniat, et verborum iacula emittat.

Et notandum quia aedificata cum propugnaculis suis dicatur. Hoc quippe agunt propugnacula quod clypei, quia utraque pugnantem muniunt. Sed inter utrumque distat quod clypeum pro nostro munimine ubicunque volumus praesentem utimur. Propugnaculis autem defendi possumus, sed haec movere non possumus. Clypeus in manu est, propugnaculum in manibus non tenetur. Quid ergo inter propugnacula et clypeos distat, nisi quod in sacro eloquio patrum praecedentium et miracula legimus, et virtutes bonorum operum audimus?

Ibi namque cognoscimus quod alius potuit dividere mare; alius solem figere; alius mortuum suscitare; alius paraliticum verbo erigere, umbra aegrotos curare; alius per suam gratiam infirmantium febribus obviare. Qui tamen omnes et patientia et longanimitate mites et zelo rectitudinis ferventes fuerunt, et virtutis praedicatione divites si-

---

4 cuius verbum *cet.* — 4 inflammatur *cet.* — 5 munimina *cet.* — 8-9 divino eloquio *cet.* — 10 si *om. cet.* — 12 ut inde *Rot.*, Inde *cet.* — 14 Dum enim virtutum subire arcem appetis *cet.* — 19 Et *om. cet.* — 19 not, etiam quod *cet.* — 21 clipeo... praesente *cet.* — 23 vere ea (*fort.* movere ea) *cet.* — 24 nam... tenetur *Rot.*, propugnaculum vero manibus non tenetur *cet.* — 29 infirmorum *cet.*

mul et misericordia largitatis. Hi itaque quam vera de Deo dixerint, testantur miracula, qui talia per illos non faceret nisi de illo vera narrarent. Et quam pii, quam humiles, quam benigni exstiterint, horum testantur operationes.

Si igitur de fide temptamur quam illorum praedicatione concepimus, et in fide, quam ab eis accepimus infirmamur, quid illorum miracula, nisi nostra sunt propugnacula? Quia et muniri per illa possumus; et si talia facere non valemus, clypeus vero in manu est et defendit, quia virtus patientiae, virtus misericordiae, praecedente nos gratia, et in potestate est arbitrii et a periculo protegit adversitatis. *Turris* itaque *nostra cum propugnaculis suis aedificata est, in qua mille clypei dependent*; quia in scriptura sacra et sub miraculis patrum a iaculo adversitatis abscondimur, et conversationis sacrae munimina etiam in manu operis tenemus.

C. XXVI. — *Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capreae gemelli, qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies, et inclinentur umbrae.* — Quid enim sunt duo ubera, nisi ex Iudea ac gentilitate veniens uterque populus, qui in sanctae Ecclesiae corpore per intentionem sapientiae archanis cordis est infixus? Ex quo populo, hi qui electi sunt, idcirco capreae hinnulis comparantur, quia per humilitatem quidem parvos se ac peccatores intelligunt; sed his quidem per caritatem currentibus, si qua obstacula de impedimento temporalitatis obviant, transeunt, et a contemplationis saltibus ad superna conscendunt, quia ut hoc agant, praecedentium sanctorum exempla conspiciunt, unde et in liliis pasci referuntur. Quid enim per lilia nisi illorum vita declaratur? In omni ergo loco, electi, ut assequi summa praevaleant conspecta odorifera et candida, iustorum vita satiantur. Iam quidem videre Deum sitiunt, iam de eius contemplatione satiari caritatis aestibus inardescunt. Sed quia in hac vita positi, necdum valent, per praecedentium interim patrum exempla pascuntur. Unde et apte illic tempus de ipso liliorum pastu definitur, dum dicitur: *Donec aspiret*

---

5 morum *cet.*, illorum *Rot.* — 6 confirmamur *Rot.* — 12 in Scrip. *Rot.* et Scrip. *cet.* — 15-28 *Job*, XXIV, 17. — 17 duo (ubera) *om. cet.* — 20 quidem *om. cet.* — 22 si quae sunt *cet.* — 25 et *om. cet.* — 29 a 15 de la p. 292 *Job*, id. ibid. — 31 ipso. *om cet.*

*dies, et inclinentur umbrae.* Tamdiu quippe refici iustorum exemplis indigemus, donec praesentis moralitatis umbras aeterno die aspirante transeamus. Cum enim huius temporalitatis umbra, transacta hac mortalitate, fuerit inclinata, quia ipsius diei internum lumen cernimus nequaquam iam appetimus, ut ad amorem eius per aliorum exempla flagremus. Nunc autem quia necdum eum intueri possumus, summopere necesse est, ut eorum qui illum perfecte secuti sunt, conspectis actionibus incitemur.

Intueamur quam pulcra est agilitas sequentium, et videamus quam turpis sit hebetudo pigrorum. Statim namque ut bene agentium gesta respicimus, nosmetipsos confusione intima ulciscentes iudicamus. Mox verecundia mentem concutit, mox iuste saeviens reatus paenis addicit. Et vehementer hoc etiam displicet, quod fortasse turpiter libet.

C. XXVII. — *Coronaberis de capite Amana de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus Leonum.* — Quid enim leonum nomine, quam daemonia designantur, quae ira contra nos atroccisimae crudelitatis insaeviunt? Et quia peccatores ad fidem vocati sunt qui quondam leonum cubilia fuerunt, dum vicisse Dominus mortem eorum confessione creditur, quasi de leonum cubilibus coronantur. Remuneratio quippe victoriae corona est. Toties ei ergo fideles coronas afferunt, quoties hunc vicisse mortem ex resurrectione confitentur. Leo ergo de suis cubilibus pellitur, quia obstetricante manu Domini tortuosus coluber in cavernis quas tenuerat habitare prohibetur. Nam victus a fidelium cordibus exit, qui super haec ante per infidelitatem regnavit.

C. XXVIII. — *Mel et lac sub lingua tua.* — Plerique iustorum cum quosdam agere perversa conspiciunt, quia duris sint increpationibus feriendi, in lingua asperitatem sumunt; sed sub lingua sua mentis

---

3 cum *om. cet.* — 3 ac *cet.* — 4 fuerit *om. cet.* summum lumen *cet.* — 7 ut *Rot.* et *cet.* — 11 confussione *Rot.*, confessisne *cet.* — 13 r. paenis *cet.* paenis *om. Rot.* — 13-14 Et vehementer... libet, *solo in Rot.* — 15 de vertice] et vertice *cet.* — 15-22 *Job*, XVII, n. 52. — 17 irata *cet.* — 17-18 atrocissima crudelitate *cet.* desaeviunt *cet.* — 19-20 confusione *cet.* — 23 quando obstr. *cet.* — 26 a 8 de la p. 293. *Job*, XV, n. 13. — 27 quia] *Rot.*, quod *cet.*

suae benignitatem contegunt. Unde sanctae Ecclesiae sponsi voce nunc dicitur: *Mel et lac sub lingua tua.*

Qui enim mentis suae dulcedinem aperire infirmis nolunt, sed loquentes quaedam eos aspere feriunt, et tamen inter verba aspera quasi latenter quaedam dulcedinis intermittunt; hi videlicet non in lingua sed sub lingua habent dulcedinem. Quia inter dura quae proferunt, emittunt quaedam blanda et dulcia, quibus contristata mens possit ex benignitate foveri. Ita perversi quique, quia malum non in lingua sed sub lingua habent, sermones dulces praetendunt et cogitationibus perversa moliuntur.

Hinc est enim quod Ioab Amasae mentum dextera tenuit, sed sinistram ad gladium latententer mittens eius viscera effudit. Dextera quippe mentum tenere est quasi ex benignitate blandiri. Sed sinistram ad gladium mittit, qui latenter ex malitia percutit. Hinc de ipso quoque eorum capite scriptum est: *Sub lingua eius labor et dolor.* Qui enim non aperte mala quae cogitat ostendit, laborem ac dolorem eorum quorum mortem appettit, non in lingua gerit, sed sub lingua premit.

C. XXVIIII.— *Surge Aquilo, [et] veni auster, perfla hortum meum, et fluant aromata illius.*— Cum enim iubente Deo frigidus spiritus recedit, calidus spiritus mentem fidelium occupat. Qui hortum Dei, id est, sanctam Ecclesiam perflat, ut opiniones virtututum eius ad multorum notitiam velut aromata diffluant. Recedente enim aquilone, id est, maligno spiritu, Sanctus Spiritus mentem quasi auster replet; qui dum calefaciendo flaverit, statim a fidelium cordibus aromata virtutum fluunt. Per austrum vero, qui nimirum calidus ventus est, non inmerito Sanctus Spiritus designatur, quo quisque dum tangitur, ab iniquitatis suae torpore liberatur. Bene quoque dicitur: *Surge, aquilo, et veni auster, perfla ortum meum et fluant aromata illius.* Aquilo enim iubetur ut surgat, ut nimirum is, qui mortalium corda restringit adversarius spiritus, fugiat. Auster enim venit, et ortum

---

4 inter verba tamen *cet. et om.* et. — 5 quiddam dulc. *cet.* — 7 contestata *cet.* — 11 enim *om. cet.* — 14 quia *Rot.* — 17 eorum *om. cet.* — 19 et *om. Rot.* (*sed est in capit*). — 20 fluent *cet.* — 23 velut ar *Rot.*, quasi ar. *cet.*

perflat, ut eius aromata diffluant, quia per adventum Sancti Spiritus dum mens hominum repletur, ex ea mox opinio virtutum spargitur, ut iure iam sanctorum lingua quasi hortus Austro perflatus, dicat: *Christi bonus odor sumus in omni loco.* Vestimenta sanctae Ecclesiae iuxta Iob calida sunt, dum terra Austro perflatur; quia hi qui ei per fidem inhaerent, ferventibus caritatis studiis inardescunt, dum eorum mens Sancti Spiritus afflatu perfunditur. Austro quippe veniente, Aquilo surgens recedit, cum per adventum Sancti Spiritus expulsus antiquus hostis qui in torpore mentes constrixerat, eas deserit, atque hortum sponsi Auster perflat, ut aromata defluant, quia nimirum dum sanctam Ecclesiam donorum suorum virtutibus Sanctus Spiritus veritatis impleverit, ab ea longe lateque odores boni operis spargit.

XXX.— *Ego dormio et cor meum vigilat.*— Contemplativae enim vitae nimis valde dulcedo est. Quae super semetipsam animam rapit, caelestia apetit, terrena autem debere esse contemptui ostendit, spiritualia mentis oculis patefacit, corporalia abscondit. Unde bene Ecclesia dicit: *Ego dormio et cor meum vigilat.*

Vigilanti etenim corde dormit, qui per hoc quod interius contemplando perficit, ab inquieto foris opere quiescit. Sed inter·hoc sciendum est, quia quamdiu in hac mortali carne vivitur, nullus ita in contemplationis virtute proficit, ut in ipso iam incircumscripto luminis radio mentis oculos infigat. Neque enim omnipotens Deus iam in sua claritate conspicitur, sed quiddam sub illa speculatur anima, unde reformata proficiat, et post ad visionis eius gloriam pertingat.

*Ego inquit dormio et cor meum vigilat:* Ac si diceret: Dum exteriores sensus ab huius vitae sollicitudinibus sopio, vacanti mente vivacius interna cognosco. Foris dormio, sed intus cor meum vigilat, quia

---

1 quia + cum *cet.* — 2 dum *om. cet.* — 3 hortus perflatus dicat Austro *cet.* — 4 vest. ergo *cet.* — 6 adhaerent *cet.* — 7-13 *Job*, IX, 17. — 11 dum *om. cet.* — 15 vitae amor valde dulcis est, qui cum super semetipsum animum rapiet, caelestia aperit *cet.* — 15 quae se *Rot.*, qui cum *cet.* — 16 aperit *cod.* apetit *coni.* — 19-20 contemplando *om. cet.* — 20-21 interea hoc sc. *cet.* — 26-28 *Job*, XVIII, n. 33. —26 ac si diceret *om. cet.* —26 quia dum *cet.* (*omittit ergo quae sunt inter verva* vigilat. — 28... vigilat 6, p. 295).

dum exteriora quasi non sentio, interiora sollicite apprehendo. Somno quoque, calcatis carnis desideriis, quies vitae curatur. Quia videlicet sancta mens quo se magis ab strepitu temporalis concupiscentiae comprimit, eo verius interna cognoscit. Et tanto alacrius ad intima vigilat, quanto se ab exterioribus inquietudinibus occultat.

C. XXXI.— *Dilectus meus manum suam per foramen misit, et venter meus intremuit ad tactum eius.* — Dilectus etenim manum per foramen mittit, quando virtute sua Dominus ad nostrum animum per subtilem intellectum pulsat. Et venter in tactu illius contremiscit, quia infirmitas nostra per hoc quod caelestis gaudii intellectu tangitur, ipsa sua exultatione turbatur. Et fit in mente pavor in laetitia stupor quia iam sentit quid de caelesti gaudio diligat, et adhuc metuit, ne non percipiat quod vix tenuiter sentit. Quid igitur restat nisi ut se ad perfectioris vitae cursum dirigat, omnesque actus suos in illa gaudia patriae caelestis agnoscat?

C. XXXII.— *Manus meae distillauerunt myrrham.*— Per myrrham quippe carnis nostrae mortificatio figuratur. Unde nunc sancta Ecclesia de suis operariis usque ad mortem pro Deo certantibus dicit: *Manus meae distillaverunt myrrham:* Quasi ergo myrrham in manibus gestamus, si carnis viscera per abstinentiam mortificamus. Myrrha autem mortuorum corpora condiuntur, ne ab putredinis cibo corrumpantur. Mortuam vero carnem putrescere est, hoc mortale corpus fluxui luxuriae deservire, sicut de quibusdam per prophetam dicitur: *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Iumenta quippe in stercore suo computrescere est carnales homines in faetore luxuriae vitam finire.

C. XXXIII.— *Anima mea liquefacta est, ut [dilectus] loqutus est.*— Mens hominis conditoris sui speciem non quaerens, male dura est,

---

1-4 *Job*, V, 54. — 2 quies interna gustatur, quia videlicet... *cet.* — 6-15 *Homil. in Ezech.* libro II, hom. VII, n. 10. — 7 contactum *cet.* — 13 vix *om. cet.* — 13 ergo *cet.* — 14 omnes *cet.* —14-15 illo gaudio *cet.* — 15 caelestis patriae *cet.*—18 mortem perseverantibus dicit, *cet.*—20 viscera] vitia *cet.*—27 dilectus *om. Rot.*—27 a 2 de la p. 296 *Homil. in Evang.*, h. XXV, n. 2.—28 sui *om. cet.*

quia in semetipsa remanet frigida. Et si ardere iam ex desiderio caeperit, ad assequendum quem diligit liquefacta per ignem amoris currit. Fit desiderio anxia. Vilescunt in saeculo cuncta que placebant. Nichil est quod extra conditorem libeat. Et quae prius delectabant animum, fiunt postmodum vehementer onerosa. Nichil eius maestitiam consolatur, quousque adhuc, qui desideratur, non aspicitur. Maeret mens, lux ipsa fastidio est, talique igne in mente decoquitur rubigo culpae, ut succensus animus, quasi auri morem quod per usum speciem perdidit, per incendium clarescat.

Robore namque suo fessam se invenerat, haec quae dicebat: *Anima mea liquefacta est ad tactum eius*; liquefacta est quia nimirum mens dum aeternitate tangitur, ab statu suae fortitudinis infirmata, ipso quo absorbetur desiderio liquatur. Et inde se apud ipsam fessam invenit; unde ultra se conspicit furtitudinem quam conscenderit; hinc propheta cum visionem Dei se conspexisse diceret, adiungit: *Elangui et aegrotavi per dies plurimos*, quia cum ad virtutem mens astringitur, fortitudine propria, caro laxatur; hinc Iacob, qui angelum tenuit, uno mox pede claudicavit, quia qui vero amore sublimia respicit, iam in hunc mundum duplicibus ingredi desideriis nescit. Uno enim pede innititur, qui solo Dei amore roboratur et necesse est ut alius marceat, quia mentis virtute crescente oportuit proculdubio ut carnis fortitudo torpescat.

C. XXXIIII.— *In lectulo meo quaesivi quem diligit anima mea, quaesivi illum et non inueni. Invenerunt me custodes, qui custodiebant civitatem, expoliaverunt me et tulerunt mihi pallium meum. Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea.* Dilectus namque in lectulo queritur, quia intra secreta cordis cubilia desideratur. Quem tamen quaerens sponsa non invenit, qui electa quaque anima iam quidem amoris eius facibus flagrat; sed adhuc quaesiti negatur species, ut amantis desiderium vere crescat, et quasi in siti aqua subtrahitur, ut eiusdem sitis

---

2 sequendum *cet.* diligat *cet.* — 6 adhuc *om. cet.* — 8 in more *cet.* — 10 se esse inveniat *cet.* — 11 liquescit *cet.* — 13 apud *om. cet.* — 14 conscendit *cet.* — 17 qui] postquam *cet.* — 25 nunquid *cet.* — 31 vere *om. cet.*

aestus augeatur; et quo hanc diutius sitiens desiderat, eo quandoque, cum invenerit, avidius sumat. Sed hanc quaerentem vigiles inveniunt, eique pallium tollunt, quia unamquanque animan ad redemptoris sui iam speciem suspirantem, cum solliciti doctores inspiciunt, eique quod adhuc de vetusta conversatione germen erat more subtrahunt, ut quo exuta ab huius mundi honore redditur, eo is qui quaeritur, ab illa citius inveniatur.

Bene autem subditur: *Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea.* Quia visionis eius mens avida nisi prophetarum temptationem, nisi et pratiarcharum celsitudinem, nisi cunctorum hominum mensuram transcenderet, eum, qui est super omnes, non inveniret. Transire ergo vigiles est, etiam eos quos miratur anima, in eius comparatione postponere. Et tunc is qui quaerebatur cernitur; homo quidem, sed tamen extra mensuras hominum credatur.

C. XXXV.— *Vulnerata caritate ego sum.*— Iustum valde est, ut ex visione medici pertingat ad salutem, qui, per aestum eius desiderii, vulnus amoris portat in pectore. Anima denique spiritualis quae per amorem sponso invisibili iungitur ut eius desiderio ardeat, nulla iam in mundo concupiscat, praesentis vitae longitudinem paenam deputet, exire festinet, amoris amplexu in caelestis sponsi visione requiescere gaudeat. Mens itaque quae iam talis est, nullam praesentis vitae consolationem recipit, sed ad illum quem diligit medullitus suspirat, fervet, anhelat, anxiatur. Vilis ei fuit ipsa salus sui corporis quae transfixa est vulnere amoris. Unde et recte nunc dicitur: *Vulnerata caritate ego sum.* Mala autem salus est cordis, quae dolorem huius vulneris nescit anhelare. Cum vero iam in caeleste desiderium sentire vulnus amoris caeperit, fit anima salubrior ex vulnere quae prius aegrotabat ex salute. Menti autem sponsum suum fortiter amanti de mora vitae prasentis una solet esse consolatio, si per hoc quod ipsa ab eius visione differtur, aliorum animae eius verbo proficiant, et ad caelestem sponsum amoris facibus inardescant.

---

3 sui *om. cet.* — 4 spirantem *cet.* — 6 honore] in ore *cet.* — 6 mundi *om. cet.* — 9-15 *Job.* XXVII, n. 4.—16-27 proph. promisionem *cet.* —19 nihil *cet.* — 24 sui *om. cet.*— 32 amore *cet.* facibus *om. cet.*

Maeret, quia deferri se conspicit. Triste est ei omne quod aspicit, quia illum adhuc non videt, quem videre concupiscit. Sed est ut iam dixi non parva consolatio, si cum, fervens anima, differtur, per eam multa colliguntur, ut tarde cum multis videat, quem solum videre citius volebat.

C. XXXVI. — *Caput eius aurum optimum.* — Appellatione quippe auri in sacro eloquio aliquando divinitatis claritas, aliquando splendor supernae civitatis, aliquando caritas, aliquando nitor gloriae saecularis, aliquando autem pulchritudo sanctitatis accipitur. Auri enim nomine ipsa intima divinitatis claritas designatur, sicut in his canticorum canticis species sponsi describitur.

*Caput eius aurum optimum*, quia caput Christi Deus. Nichil vero est in metallis auro fulgentius. Sponsi caput aurum dicitur, quia eius humanitas ex divinitatis suae claritate nobis principatur. Rursum auri nomine splendor supernae civitatis accipitur, sicut hanc Iohannes se vidisse testatur dicens: *Ipsa civitas auro mundo, similis vitro mundo.* Aurum namque ex quo illa civitas constat, dicitur simile vitro, quia per aurum clara et per vitrum perspicua designantur.

Rursum auri nomine caritas intimatur, sicut idem Iohannes angelum quem sibi loqui aspexit, ad *mamillam* zona aurea cinctum vidit, quia nimirum supernorum civium pectora, dum paenali iam nequaquam timori subiecta sunt, atque se vicisse nulla scissione solvuntur, ex sola se caritate constringuntur. Zonam quippe auream circa mamillas habere, est cunctos mutabilium cogitationum motus per solius iam amoris vincla restringere.

Rursum auri nomine nitor gloriae temporalis exprimitur, sicut per prophetam dicitur: *Calix aureus Babilon.* Quid enim Babilon nomine, nisi huius mundi gloria designatur? Quae calix aureus dicitur. Quia dum pulchram esse, temporalia ostendit, stultas mentes in sui concupiscentia debriat, ut speciosa temporalia appetant et invisibilia pulchra contennant. Hoc aureo calice prima, sponte sua, Eva debriata est; de qua historia veritatis dicit, quia cum vetitum lignum

---

4 tarde *Rot.*, tandem *cet.* — 4 a 10 de la p. 299 *Job.* XXXIV, n. 26. — 4-5 sola *cet.* (*fort. rect.*). — 19 indicatur *cet.* — 22 uicisse *Rot.*, vicissim *cet.* — 28 qua *cet.* — 30 inebriat *cet.*

concupisceret, *vidit quod esset pulchrum visu, aspectuque delectabile, et comedit.*

Aureus ergo Babilon calix est, quia dum visum exterioris pulchritudinis ostendit, sensum internae rectitudinis subtrahit. Rursum auri nomine, splendor sanctitatis accipitur, sicut iudaicum populum ab splendore iustitiae ad nequitiae tenebras commutatum, Ieremias deplorat dicens: *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.* Aurum quippe obscuratur, cum subsequentibus iniquitatum tenebris, iustitiae pulchritudo deseritur. Color optimus mutatur, cum splendor innocentiae in faeditatem vertitur culpae.

C. XXXVII.— *Pulchra es, amica mea, suavis et decora ut Iherusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.*—Sanctorum namque multitudines, castra sunt, quae bellum contra potestates aerias suscipiunt. Quia enim Iherusalem pacis visio interpretatur, cuius nomine patria caelestis exprimitur, sancta Ecclesia suavis et decora ut Iherusalem dicitur, quia eius vita et desiderium visioni iam pacis intimae comparatur, ut in eo quod auctorem suum diligit, quod eius speciem videre concupiscit, de quo scriptum est: *In quem desiderant angeli prospicere*, per ipsum iam amoris sui desiderium angelis similis dicatur. Quae, quanto Deo amabilis efficitur, tanto magis malignis spiritibus terribilis fiat. Qualiter autem terribilis sit subiuncta comparatione ostenditur, id est, ut castrorum acies ordinata. Quid est quod sancta Ecclesia hostibus suis, ut castrorum acies fiat timida? Magno enim intellectu ista comparatio est subtiliter intuenda. Scimus et constat, quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur, quando ita fuerit constipata atque densata, ut in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur, ut locus vacuus per quem hostis possit ingredi dimittatur, profecto iam suis hostibus terribilis non est.

Et nos ergo contra malignos spiritus spiritualis certaminis aciem ponamus, summopere necesse est, ut per caritatem semper muniti atque constricti, numquam interrupti per discordiam inveniamur.

---

5 sic *cet.*— 11 a 15 de la p. 300 *Homil. in Ezech.*, hom. VIII, n. 6.— 19 per ipsum desiderium *cet.* per ipsum desideria *Rot.* — 23-24 sit timida *cet.* — 24 etenim *cet.* — 30 ergo cum contra... *cet.* (*f. rectius*). — 30 spiritualis *om. cet.*

Quia quamlibet bona in nobis opera fuerint, si caritas desit, per malum discordiae locus aperitur in acie, unde ad feriendos nos valeat hostis intrare. Antiquus vero inimicus castitatem in nobis si sine caritate fuerit, non timet, quia ipse nequaquam carne premitur, ut in eius luxuria dissolvatur. Abstinentiam non timet, quia ipse cibo non utitur, quia necessitate corporis non urguetur. Distributionem terrenarum rerum non timet, si eisdem operariis caritas desit, quia divitiarum subsidiis nec ipse eget.

Valde autem in nobis caritatem veram, id est, amorem humilem, quem nobis vicissim impendimus, timet. Et nimis concordiae nostrae invidet, quia hanc nos tenemus in terra quam ipse tenere nolens, amisit caelestia regna. Bene ergo dicitur terribilis ut castrorum acies ordinata, quia electorum multitudinem eo maligni spiritus pertimescunt, quo eos per caritatis concordiam munitos contra se et conglobatos aspiciunt. Quanta autem sit concordiae virtus, ostenditur, cum sine illa virtutes reliquae non virtutes esse monstrantur.

Magna enim virtus est abstinentiae, sed si quis ita se ab alimentis abstineat, ut ceteros in cibo diiudicet, et alimenta eadem, quae Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelium, etiam damnet, quid huic virtus abstinentiae facta est nisi laqueus culpae? Unde per psalmistam quoque nullam esse abstinentiam sine concordia designans ait: *Laudate eum in tymphano et choro.* In tymphano enim siccum corium resonat; in choro autem voces concorditer cantant. Quid ergo per tymphanum nisi abstinentia? Et quid per chorum nisi caritatis concordia designatur? Qui, itaque, sic abstinentiam tenet, ut concordiam deserat, laudat quidem in tymphano, sed non laudat in choro. Et sunt nonnulli qui dum plus sapere quam necesse est student, proximorum utilitati placere negligunt, dum eos velut hebetes stultosque contemnunt.

Unde per se vaeritas dicit: *Habete in vobis sal, et pacem habete inter vos.* Ut quisquis habere sal et pacem studeat, curare necesse est quatinus a pace concordiae nunquam recedat. Quod vero de his duabus virtutibus diximus, hoc de ceteris omnibus est sentiendum.

---

2 valet *cet.* —9 in *Rot.*, id est *cet.* — 13 spiritus *om. cet.* — 14 quod *cet.* — 14 munitam *cet.* — 14-15 conglobatam *cet.* — 16 monstrentur *cet.* —17 etenim *cet.* — 21 unde psalmista *cet.* — 27 laudat *omit. cet.* — 31 curare ei *cet.*

Unde terribiliter Paulus ammonet dicens: *Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Quia nichil sine concordia Deo placet, ipsa per se vaeritas demonstrat dicens: *Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus deliquit adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens, offers munus tuum.* Ecce, a discordantibus accipere non vult sacrificium, holocaustum suscipere recusat. Hinc ergo perpendite quantum sit malum discordiae, propter quod et illud abicitur per quod culpa laxatur.

*Sicut cortex mali punici genae tuae absque occultis tuis.* Genae quippe sunt sanctae Ecclesiae spirituales patres, qui dum moribus choruscant, velut in eius facie venerabiles apparent. Cum enim videmus multos mira agere, ventura prophetare, mundum perfecte relinquere, celestibus desideriis ardere, *sicut cortex mali punici* sanctae Ecclesiae genae rubent. Sed quid istud est omne quod miramur, ad illius comparationem rei de qua scriptum est: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se?* Bene ergo cum memoraretur genas Ecclesiae subdidit; *Absque occultis tuis:* ac si aperte diceret: Ea, quidem, quae in te non latent, magna sunt; illa valde ineffabilia quae latent.

C. XXXVIIII.— *Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens.*— Aperte enim Ecclesia aurorae comparata describitur, quae per cognitionem fidei, a peccatorum suorum tenebris in clara luce iustitiae commutatur. Unde et hanc sponsus ammiratur dicens: *Quae est ista quae ascendit quasi aurora?* Quasi aurora quippe electorum surgit Ecclesia, quae pravitatis pristinae tenebras deserit, et se in novi luminis fulgorem convertit. In illa igitur luce quae in districti iudicis adventu monstratur, corpus damnati hostis, ortum surgentis aurorae non videt, quia cum districtus iudex ad retributionem venerit, quisque suorum caligine meritorum pressus, quanta claritate sancta Ec-

---

2 et *om. cet.* — 5 deliquit *Rot.*, habet aliquit *cet.* — 8-9 discordia *Rot.* — 10-15 *Homil. in Ezech.*, lib. II, h. IV, n. 8.— 11 memores *Rot.*, dum moribus *cet.* — 14 inardere *cet.* — 16 ad comparationem illius rei *cet.* — 18 miretur *cet.* — 20 sed illa *cet.*— 21 a 10 de la p. 302 *Job*, IV, 19.— 22 aperte *Rot.*, apte *cet.* — 23 per *omit*, *Rot.* — 26 se *om. cet.* — 29 distributionem *cet.*

clesia in internum cordis lumen surgat, ignorat. Tunc namque electorum mens in altum rapitur, ut divinitatis radiis illustretur. Et quo eius respectu perfunditur, eo ultra se gratia choruscante sublevatur.

Tunc sancta Ecclesia plena aurora fit, cum mortis atque ignorantiae tenebras funditus amittit. In iudicio ergo aurora est adhuc, sed in regno dies, quia etiam cum restauratione corporum videre lumen in iudicio inchoat cuius tamen usum plenus in regno consummat. Ortus itaque est aurorae, exordium clarescentis Ecclesiae, quem videre reprobi nequeunt, quia a conspectu districti iudicis malorum suorum pondere pressi, ad tenebras pertrahuntur.

C. XXXVIIII.— *Nasus tuus sicut turris Libani.*— Quae ergo laus est ut sponsae nasus turri comparetur? Quia per nasum semper odores faetoresque discernimus, quid per nasum nisi speculatorum discretio designatur? Qui nimirum nasus sicut turris esse Libani dicitur, quia videlicet praepositorum provida discretio et munita semper debet esse ex circunspectione, et in altitudine vitae consistere, id est, in valle infimi operis non iacere.

Sicut enim turris in monte idcirco ad speculandum ponitur, ut hostes qui veniunt longius videantur, sic et praedicatoris vita semper in alto debet fixa permanere, ut more narium discernat faetores vitiorum, odoresque virtutum; incursus malignorum spirituum vero longe prospiciat, et commissas sibi animas per suam providentiam cautas reddat. Aperte ergo per nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligamus, delicta reprobemus. Unde recte in laude sponsae nunc dicitur: *Nasus tuus sicut turris quae est in Libano.* Quia nimirum sancta Ecclesia, quae ex causis singulis temptamenta prodeant, per discretionem conspicit, et ventura bella ex alto deprehendit. Quae enim futura praevidentur, cum praesentia fuerint, minoris virtutis fiunt. Quia dum contra ictum quisque paratior redditur, hostis qui se inopinatum credidit, eo ipso quod praevisus est enervatur.

---

5 sed *Rot.*, scilcet *cet.* — 6 etiam *Rot.*, et *cet.* — 9 improbi *cet.* — 11-13 *Job*, XXXI, 85. — 13-22 *Homil. in Ezech.*, h. XI, 7. — 17 infirmi *cet.* — 23 apte ergo *cet.* — 27 inventa bella *cet.* — 30 ipso *cet.* — 30 quod visus est *cet.*, quo pravis est *Rot.*, quod praevisus est *conieci.*

C. XL.— *Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructum parturiunt.*— Florescunt quippe vineae cum mentes fidelium bona opera prorumpunt. Sed fructus non pariunt, si ab eo quod proposuerint aliquibus victi erroribus infirmantur. Non ergo intuendum est si vineae floreant, sed si flores ad partum fructuum convalescant. Quia mirum non est, si quis bona inchoet, sed valde mirabile si intentione recta in bono opere perduret. Unde fit plerumque ut, si in bono opere recta intentio non tenetur, etiam in hoc ipsum opus quod bonum creditur, amittatur.

Nam quosdam saepe vidimus terrena quae possedere, reliquisse, et nichil iam transitorium quaerere, nullis pro hac vita iurgiis ammisceri. Cum itaque hoc in se fidelis anima ostendit, quasi vinea flores protulit. Sed cum quidam ex talibus rursus caeperit mundi gloriam quam contempserant quaerere et terrenis rebus quas sprevisse videbantur insatiabiliter inhiare, vacare iurgiis, proximorum laesiones exquirere, nimirum proiecit vineam florem, quem proposuit, quia frumenta boni studii ad perfecta opera non perduxit.

C. XLI.— *Quae est ista quae adscendit de deserto deliciis affluens.*— Anima quippe cum deliciis spiritualibus abundare coeperit, terrenis iam operibus inhiare minime consentit. Sed amore conditoris capta, et sua captivitate iam libera, ad contemplandam eius speciem deficiendo suspirat, et quasi lacerendo convalescit. Quia dum propria onera portare iam non valet, ad illum per quietem properat, quem intus amat. Unde etiam in ammiratione sponsae scriptum est: *Quae est ista quae ascendit de deserto deliciis affluens?*

Quia nimirum sancta Ecclesia nisi verborum Dei deliciis affluueret, de deserto vitae praesentis ascendere ad superiora non posset. Deliciis ergo affluit et ascendit, quia dum mysticis intelligentiis pascitur, ad superna cotidie contemplanda sublevatur

---

1-9 *Job*, XII, 60 y 61. — 4 proposuerunt *cet.* — 4 victibus *Rot.* — 7 in intentione *cet.* — 7 in bono opere *om. cet.* — 8 si *om. cet.* — 8 non *om. cet.* etiam *Rot.*, tamen *cet.* — 11 pro] in *cet.* — 12 florem *cet.* — 13 caeperit *om. cet.* — 14 contempserat *cet.* — 14 quaerere] velint quaerere *cet.* — 23 non *om. cet.* — 24 etiam *om. cet.*

C. XLII.— *Pone me ut signaculum super cor tuum.*— Solet etenim scriptura sacra pro fide appellare signaculum. Nam filius iunior qui consumpta substantia ad patrem rediit, in munere anulum accepit. Gentilis enim populus qui immortalitate perdita ad Dominum paenitendo revertitur, per fidei signaculum super cor Ecclesiae ponitur; idcirco namque signaculum rebus ponitur, ne qui deripientium praesumptione temerentur. Sponsi ergo in cor signaculum ponitur, quando fidei eius mysterium in custodia nostrae cogitationis imprimitur, ut ille infidelis servus, nimirum nostrae vitae adversarius, cum signata fide corda considerat, temptando ea inrumpere non praesumat.

C. XLIII.— *Fortis est ut mors dilectio.*— Quia videlicet sicut mors corpus interimit, sic [animam] ab amore rerum corporalium aeternae vitae caritas occidit. Nam quem perfecte absorbuerit, ad terrena foris desideria velut insensibilem reddit.

C. XLIIII.— *Soror nostra parvula est, et ubera non habet.*— Sicut uniuscuiusque hominis sancti sic sanctae Ecclesiae aetas describitur; parvula quippe tunc erat, cum a nativitate recens verbum vitae praedicare non poterat. Unde nunc de illa dicitur: *Soror nostra parvula est et ubera non habet.* Quia nimirum sancta Ecclesia priusquam proficeret, per incrementa virtutis infirmis quibusque auditoribus praebere non potuit ubera praedicationis.

Adulta, vero, Ecclesia dicitur, quando Dei verbo copulata, Sancto repleta Spiritu, per praedicationis mysterium in filiorum conceptione faetatur. Quos enim exhortando parturit, convertendo parit.

De hac eius aetate a Domino dicitur: *Adolescentulae dilexerum te.* Universae quippe quae unam catholicam faciunt, adolescentulae vo-

---

3 substantia ad Dominum *cet*... *omittunt* «ad patrem... perdita». — 6 (idcirco). — 6 namque *om. cet.* — 6 rebus ponitur ***Rot.*** cordi super imponitur *cet.* — 7 ne qua d. p. temeretur *cet.* —8 nostra *cet.* imprimitur ***Rot.***, imponitur imprimitur *cet.* — 10 *Job*, XXIX, 12.— 10 corda + nostra *cet.* — 12-15 *Homil. in Evang.* hom. XI, n. 2. — 13 sic ab amore rerum corporalium ***Rot.*** sic animam ab amore rerum corporalium. — 14 absorbuit *cet.* — 19-20 Soror mea parvula et ubera... *cet.* — 19-24 *Job*, XIX, n. 19. — 22 verba praedic. *cet.* — 25 exorando *cet.* — 27 quae vitam *cet.*

cantur, non iam vetustae per culpam, sed novellae per gratiam; non sermone steriles, sed de aetate mentis ad spiritualem faecunditatem congruae.

C. XLV.— *Quae habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.* — In ortis namque sanctae Ecclesiae anima habitat, quae iam viriditate spei est et bonorum operum repleta. Sicca quippe spes est in huius saeculi rebus, quia omnia quae hic amantur cum festinatione marcescunt.

Et Petrus nos apostolus festinare ammonet dicens: *In haereditatem incorruptibilem, incontaminatam et immarcesibilem.* Quae ergo iam in hortis habitat, oportet ut sponsum suum audire faciat, id est, cantum bonae operationis emittat, in quo ille delectetur quem desiderat, quia amici abscultant, videlicet omnes electi qui ut ad caelestem patriam reviviscant, verba vitae audire desiderant. Ecclesia quippe in ortis habitat, quae per viriditatem intimam exculta, plantaria virtutum servat, cuius vocem amicos auscultare, est electos quosque verbum praedicationis illius desiderare. Quam videlicet vocem sponsus audire desiderat, quia ad praedicationem eius per electorum suorum animas anhelat.

C. XLVI.— *Fuge, dilecte, fuge.*— Fugi nos aliquid dicimus, quoniens menti nostrae id quod reminisci volumus, non occurrit. Fugit nos, dicimus, quando id quod volumus, in memoria non tenemus. Sancta ergo Ecclesia postquam mortem ac resurrectionem Domini, ascensionemque descripsit, clamat ei prophetico plene spiritu: *Fuge, dilecte mihi, fuge.* Ac si diceret: Tu qui ex carne comprehensibilis factus es, ex divinitate tua intelligentiam nostri sensus excedis, et in e ipso nobis incomprehensibilis permanes.

EXPLICIT LIBER CANTICORUM

---

2 de *om. cet.* — 4 quae habitas in hortis: amici + tui auscultant... *cet.* — 5-14 *Homil. in Ezech.*, hom. XIV, n. 4. — 6 est *omit. cet. qui add. ante* repleta. — 12 delectatur *cet.* — 17 vocem *om. cet.*— 20-27 *Job*, XVIII, 39.— 20 fugit nos dominus *Rot.* (*corrupte*). — 21-22 fugit dominus quando *Rot.* (*corrupt. ex* dicimus). — 23 priusquam *cet.*

# PARABOLAE SALOMONIS, FILII DAVID, REGIS ISRAHEL

## PARABOLAE SALOMONIS, FILII DAVID, REGIS ISRAHEL

Absit enim ne hoc loco parabolam illud musicae organum sentiamus. Neque enim fas est credere, quod in eloquiis mysticis Salomon musicis uteretur.

Nominata ergo parabola, ecce textus, ipso loquente, iam discimus, ne iuxta textum tantummodo eius verba pensemus. Ad eandem itaque similitudinem cuncta trahenda sunt, quae figurata locutio trahit. Et in ipso quidem locutionis exordio dicta aperte prolata sunt, sed ab iniunctis obscurioribus implicantur. Nam plana locutione inchoat, sed verba sua per mysticos sensus gravida narratione consummat. — EXPLICIT PRAEFATIO.

[Capitulum I]. — *Filii mi, si te lactaverint peccatores, ne adquiescas* (I, 1).

Interpretatio. — Peccatores etenim lactant cum vel perpetranda mala blandimentis inferunt, vel perpetrata favore extollunt. An non lactatur de quo per psalmistam dicitur: *Quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae, et qui inique egerit, benedicitur?* (X, 3). Falsa namque spes mentem non intercipit, sed hanc deterior desperatio configit; quae, dum omnem spem veniae e funditus interimit, erroris lacte animam uberius nutrit.

Capitulum II. — *Frustra jactatur rete ante oculos pennatorum* (I, 17).

Interpretatio.— Pennati quippe sunt bonorum spiritus, qui dum ad altiora per spem veritatis evolant, apposita pravorum hominum retiacula declinant.

Capitulum III. — *Sapientia foris praedicat; in plateis dat vocem suam.* Et reliqua (I, 20).

Interpretatio. — Cuius vocem quoque insinuans subdidit dicens: *Usquequo, parvuli, diligitis infantiam, et stulti, quae sibi sunt noxia cupiunt et imprudentes odiunt scientiam? Convertimini ad correptionem meam; en proferam vobis spiritum meum, et ostendam* [vobis] *verba mea* (I, 22, 23). En qualibus verbis expressa est dulcedo vocantis! Videamus nunc quibus insinuatur modis severitas increpantis, ne in finem quandoque se exerceat districtio punientis. *Quia vocavi et renuistis; extendi manum meam et non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis* (I, 24, 25). Dicam iam qualiter feriat quos ad se nullatenus revertentes, tanta longanimitate subveniat. *Ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo, cum vobis, quod timebatis, advenerit; cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit; quando venerit super vos tribulatio et angustia: tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent et non invenient me* (I, 26, 28). Ore itaque Salomonis cuncta de superno iuditio diligenter expressa sunt; quia et prius, dulciter vocat; et postmodum, terribiliter increpat; et in extremum, inretractabiliter damnat. Unde nunc congrue dicitur: *Ego quoque in interitu vestro ridebo* (I, 26). Ridere autem Dei est, humanae non velle afflictionis miseriri. *In interitu*, inquit, *vestro ridebo*, id est, afflictionis vestrae.

Capitulum IV. — *Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos* (I, 32).

Interpretatio. — Qui enim ab eo avertitur et prosperatur, ille tanto perditioni fit proximus, quanto a zelo disciplinae invenitur alienus.

Capitulum V. — *Si quaesieris sapientiam quasi pecuniam, et sicut thesauros offederis eam* (II, 4).

Interpretatio. — Sapientia quippe in rerum superficie non iacet, quia in invisibilibus latet; et tunc mortificatione nostra sapientiam

contingentes quaerimus, ut omne quod terrenum mens sancta cogitat, a semetipsa manu discretionis ejiciat; et thesaurum virtutis, quod se latebat, agnoscat. Facile autem thesaurum invenit, si eam quae se male praesserat molem terrenae cogitationis repellit.

Capitulum VI. — *Qui laetantur cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis* (II, 14).

Interpretatio. — Nonnulli et iniquitates perpetrant et gaudere non cessant; qui, nimirum laetantur, cum male fecerint. Hi itaque non sospitate eriguntur; sed insania, qua affligi debuerunt et inde misereri, in exultatione diffluunt; unde a bonis flentur. Freneticorum videlicet hominibus similes, qui insaniam, qua praevalent, virtutem putant. Qui ex morbo in semetipsos seviunt hoc quod amplius sanis prossunt; et quasi crevisse se viribus aestimant, dum adiutae terminum per augmenta languoris appropinquant. Quia qui rationis sensum non habent, flectuntur et rident. Et tanto in magna exultatione se dilatant, quanto et insensibiles malum, quod patiuntur, ignorant.

Capitulum VII. — *Quem enim diligit Dominus, corripit. Et quasi pater in filio complacet sibi* (III, 12).

Interpretatio. — Qui, praesentia mala non corrigunt, ad sequentia mala perducunt. Si autem nequaquam quosdam paena praesens a supplitio aeterno defenderet, Paulus minime dixisset; *Cum iudicamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur* (I, Cor. 21, 32). Hinc voce angelica ad Johannem dicitur: *Ego quos amo redarguo et castigo* (Jo. Apoc. III, 19). Saepe ergo mens iusti, ut magis secura sit, altius trepidat; et cum flagellis cingitur, superni iudicii incertitudine turbatur. Pavet, ne initium sequentis damnationis sit omne quod patitur. Et per cogitationem interrogat iudicem, quae de vitae meritis ambigit in percusione. Sed cum vitae virtus ad oculos mentis reducitur, quasi consolatio a iudice respondetur. Quia nequaquam ad perdendum percutit, quem in actionis innocentia feriendo custodit.

Capitulum VIII. — *Dominus erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum, ne capiaris* (III, 26).

Interpretatio. — Pes namque in anteriora tendit. Anteriora autem non videt, qui ea quae sunt a latere conspicit. Rursumque qui pedis custodiam previndens anteriora cernit, circumspectionem lateris deserit. Dum vero ante faciem propositae virtutis aliquid agimus, quasi quo pes debeat poni providemus. Sed dum ex virtute eadem furtiva culpa suboritur, quasi dum in anteriora respicitur ad sagitam latus nudatur. Saepe vero dum, suboriente culpa, metus mens virtutem quae agenda est declinamus, et quasi dum latus circumspicitur, nequaquam cernitur pes in anteriora quomodo ponatur.

Bene ergo dicitur: *Dominus erit in latere tuo et custodiet pedem tuum ne capiaris*. Quia miles Dei divinae virtutis clypeo protectus, et quae ex latere possint prodire circunspiciendo considerat, et gressum ante faciem ferre proficiendo non cessat.

Capitulum IX. — *Abominatio Domini est omnis arrogans* (XVI, 5).

Interpretatio. — Qui recte verba legis intelligunt et humiliter non loquuntur in divinis sermonibus, priusquam eos aliis proferant, semetipsos requirant, ne sequentes alienorum facta, se deserant.

Et cum recte cuncta de sacra scriptura sentiant, hoc solum per illam, quae contra elatos dicitur, non attendunt. Improbus quippe et imperitus est medicus, qui alienum vulnus mederi appetit, et ipse vulnus quod patitur nescit. Qui igitur verba Dei humiliter non loquuntur, profecto ammonendi sunt, ut cum medicamina aegris opponunt, prius virus suae pestis inspiciant, ne alios medendo moriant. Ammoneri debent, ut considerent, ne a virtute dicti dicendi qualitate discordent, ne loquendo aliud et ostendendo aliud praedicent. Audiant itaque quod scriptum est: *Si quis loquitur, quasi sermones Dei* (L. Petri, IV, 11). Qui ergo verba quae proferunt de propriis non habent; cur quasi de propriis tument? Audiant quod scriptum est: *Sicut ex Deo et coram Deo, in Christo loquimur* (Cor. 2, 17). Qui praedicationis verbum, [et quia] a Deo accepit intelligit, et placere per illud non Deo sed hominibus quaerit, audiat quod nunc dicitur: *Abominatio Domini est omnis arrogans*. Quia videlicet dum in

verbo Dei gloriam propriam quaerit, ius dantis invadit, eumque laudi suae postponere nequaquam metuit, a quo hoc ipsum quod laudatur accepit.

Capitulum X.— *Abominatio est Domini omnis illusor et cum simplicibus sermocinatio eius* (III, 32).

Interpretatio.— Dum deprehendi illusores metuunt, dum malitiosa mente duplicitatem ingerunt, semper improbas defensiones quaerunt, semper pavidis suspitionibus agitantur. Nam plerumque in culpa deprehensi, dum quales sint cognosci refugunt, sese sub fallatiae velamine abscondunt et hoc quod peccant, quodque iam aperte cernitur, excusare moliuntur. Ita ut saepe is, qui eorum culpas studere procurat, aperte falsitatis nebulis seductus, praetermisisse videat quod de eis iam certum tenebat. Nichil autem est puritate tutius, nichil ad dicendum veritate facilius. Unde nunc recte sequitur. *Cum simplicibus igitur sermocinari* dicitur, quia de supernis mysteriis illorum mentes radio suae visitationis inluminat, quos nulla umbra duplicitatis obscurat.

Capitulum XI.— *Iustorum semita quasi lux splendens praecedit et crescit usque ad perfectum diem* (IV, 18).

Interpretatio.— Electi quippe Dei sic ad bona tendunt ut ad mala perpetranda non redeant. *Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* In eorum nanque animo bonum desiderium atque intellectus lucis intimae iam < pars diei > patet. Sed quia usque ad finem vitae in virtute proficiunt, ad perfectum diem tunc veniunt, quando ad regna caelestia perducti, in ea luce quam desiderant, iam minus aliquid non habebunt.

Capitulum XII.— *Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit* (IV, 18).

Interpretatio.— Dicturus enim *custodia*, praemisit *omni*, ut videlicet unusquisque inde se diligenter inspiciat, ne mercedem quam per has actiones colligit, per alias amittat; ne hinc hostis fores obs-

truat, et aliunde aditum pandat. Si qua etenim civitas contra insidiantes inimicos magno valletur aggere, fortibus cingatur muris, insomni muniatur custodia, unum vero in ea foramen tantummodo inmunitum per neglegentiam relinquatur, inde proculdubio hostis ingreditur, qui undique exclusus esse videbatur.

Capitulum XIII.— *Palpebrae tuae praecedant gressus tuos* (IV 25).

Interpretatio.— Palpebrae quippe gressus praecedunt, cum operationem nostram consilia recta praeveniunt. Qui enim negligit, considerando, praevidere quod facit, gressus tendit, oculos claudit. Pergendo iter conficit, sed praevidendo sibimetipsi non antecedit. Atque idcirco citius corruit, quia quo pedem operis ponere debeat, per palpebram consilii non attendit.

Capitulum XIV.— *Fili mi, attende sapientiam meam et prudentiae meae inclina aurem tuam, ut custodias cogitationes, et disciplinam labia tua servent* (V, 1).

Interpretatio.— Ammonendi sunt nimis taciti, ut scire sollicite studeant, non solum quales foras se ostendere, sed etiam quales sese debent intus exhibere, ut plus ex cogitationibus ocultum iudicium, quam ex sermonibus reprehensionem metuant proximorum. Unde recte nunc dicitur: *Fili, attende sapientiam meam et prudentiae meae inclina aurem tuam ut costodias cogitationes unde fiunt.* Hinc psalmista ait: *Cor meum dereliquit me* (Ps. XXXIX, 13). Hinc ad semetipsum rediens dicit: *Invenit servus tuus cor suum ut oraret te* (2, Reg. VII, 27). Cum ergo cogitatio per custodiam restringitur, cor quod fugere consuevit, invenitur.

Capitulum XV.— *Ne des alienis honorem tuum et annos tuos crudeli,* et reliqua (V, 9).

Interpretatio.— Salus itaque corporis, quando ad bene operandum accepta despicitur, quantis sit annis ammissa sentitur, et infructuose ad ultimum quaeritur, quae congruo concessa tempore utiliter non habetur. Unde nunc dicitur: *Ne des alienis honorem tuum, et*

*nnos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis et labores ui sint in domo aliena, et gemas in novissimis quando consumpseris arnes et corpus tuum.*

Qui namque a nobis alieni sunt, nisi maligni spiritus, qui a caelesi sunt sorte separati? Quis vero honor noster est nisi quod etiam in uteis corporibus positi ad conditoris tamen nostri sumus imaginem et similitudinem conditi?

Vitae suae tempora malignorum spirituum voluntatibus administrat, annos etiam suos crudeli tradit, qui ad voluntatem male dominantis adversarii, accepta vivendi spatia expendit. Ubi bene subditur: *Ne forte impleantur extranei viribus tuis et labores tui sint in domo aliena.* Quisquis enim per acceptam valetudimem corporis, per tribuam sibi sapientiam, mentis non excercendis virtutibus, sed perpetandis vitiis elaborat, nequaquam suis viribus suam domun, sed extraneorum habitacula, id est, immundorum spirituum facta multiplicat; nimirum vel luxuriando, vel superbiendo agens, ut atiam, se addito, perditorum numerus crescat.

Recte autem sequitur. *Et gemas in uovissimis quando consumpseris carnes et corpus tuum* (V, 11). Plerumque enim acepta salus carnis, per vitia expenditur. Sed cum repente substrahitur, cum molestiis caro atteritur, cum iam diu < anima egredi > urguetur, diu male habita, quasi ad bene vivendum, salus amissa requiritur; et tunc gemunt homines qui Deo servire noluerunt, quando damna suae negligentiae recuperare serviendo nequaquam possunt. Unde alias dicitur: *Cum occideret eos, tunc quaerebant eum* (Ps. LXXVII, 34).

Capitulum XVI.— *Bibe aquam de cisterna tua et fluenta putei tui. Deriventur fontes tui foras, et in plateas aquas tuas divide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui* (V, 15).

Interpretatio.— Valde contraria videntur esse quae dicit: *Deriventur fontes tui foras et in plateas aquas divide*; cum protinus adiungit: *Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui.* Quo modo enim aquam scientiae solus habere poterit, si hanc in plateis dividit? Vel, quomodo alieni aquae eius participes non sunt, si fontes illius foras derivantur? Sed cum praedicamus populis, nimirum in plateis aquas dividimus, quia in auditorum multitudinem scientiae verba dilatamus.

Cum vero nos, adiuvante divina gratia, intrinsecus custodimus, et ma ligni spiritus qui vere a nobis alieni sunt, quia sortem beatitudini perdidere, ne nobis in elatione subripiant, sollicitudine cauta circuns picimus, soli habemus aquas, quas in plateis dividimus, ut nobis i eis alieni participes non sint inimici.

De quibus scriptum est: *Alieni insurrexerunt in me et forte quaesierunt animam meam* (Ps. LIII, 5). Aquas ergo in plateis dividi et solus habet qui per hoc quod multis praedicat, se cogitatione tem poralis gloriae non exaltat. Tunc enim possidet homo quod docet quando se non gaudet innotescere, sed prodesse.

Recte ergo namque unicuique praedicatori dicitur: *Bibe aquam de cisterna tua et fluenta putei tui.*

Aquam quippe praedicator de cisterna sua bibit, cum ad cor suum rediens, prius audit ipse quod dicit: *Bibit sui fluenta putei*, si su irrigatione infunditur verbi. Ubi bene subiungitur: *Deriventur fontes tui foras et in plateas aquas divide.* Recte quippe est ut prius ipse bibat, et tunc praedicando aliis influat. Fontes namque foras dirivare est exterius aliis vim praedicationis infundere. In plateas auten aquas dividere, est in magnam auditorum amplitudinem iuxta unius cuiusque qualitatem divina eloquia dispensare.

Et quia plerumque inanis gloriae appetitus subrepit, dum sermo Dei ad multorum notitiam currit, postquam dictum est: *in plateas aquas divide*, recte subiungitur: *habeto eas solus nec sint alieni participes tui.*

Alienos quippe, ut iam dictum est malignos spiritus vocat, de quibus paulo superius temptati voce hominis dictum est: *Alieni insurreserunt in me, et fortes quaesierunt animam meam.* Ait ergo: *Aquas* et *in plateas divide*, et tamen *solus habe.* Ac si apertius dicat: Sic necesse est ut praedicationi exterius servias, quatenus per elationem te immundis spiritibus non coniungas, ne in divino verbi ministerio hostes tuos ad te participes admittas. Aquas ergo in plateas dividimus, et tamen soli possidemus, quando et exterius late praedicationem fundimus, et tamen per eam, humanas laudes assequi minimine ambimus.

Capitulum XVII. — *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo defixisti*

*apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui et captus propriis sermonibus* (VI, 6).

Interpretatio. — Spondere namque pro amico, est alienam aniam in periculo suae conversationis accipere. [Nunc] unde et apud xtraneum manus defigitur, quia apud eum cura sollicitudinis quae nte deerat mens ligatur. Verbis vero oris sui illaqueatus est, ac proriis sermonibus captus, quia dum commissis sibi cogitur bona dire, ipsum prius necesse est quod dixerit custodire.

Illaqueatur itaque verbis oris sui, dum ratione exigente constrinitur, ne eius vita ad aliud quam ammonet relaxetur. Unde apud istrictum iudicem cogitur tanta in opere exsolvere, quanta eum consit aliis voce praecepisse. Ubi et bene mox exhortatio subditur ut icatur.

apitulum XVIII. — *Fac ergo quod dico, fili mi, et temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebrae tuae* (VI, 3).

Interpretatio. — Quisquis enim ad recte vivendum aliis in exemlo proponitur, non solum ut ipse vigilet, sed etiam ut amicum susitet ammonetur. Ei namque vigilare bene vivendo non sufficit, si on et illum cui praeest a peccati pondere disiungit. Bene autem diitur: *Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebrae tuae.* omnum quippe oculis dare, est, intentione cessante, subditorum uram omnino negligere. Palpebrae vero dormitant, cum cogitatioes nostrae, ea quae in subditis arguenda cognoscunt, pigredine derimente, dissimulant.

Plene enim dormire, est commissorum acta nec scire nec conrere. Non autem dormire, sed dormitare, est, quae quidem reprehenenda sunt, cognoscere, sed tamen propter mentis taedium dignis a increpationibus non emendare. Dormitando vero oculus ad pleissimum somnum ducitur, qui dum plerumque, qui praeest, malum, uod cognoscit, non resecat, ad hoc quandoque negligentiae suae erito pervenit, ut quod a subiectis delinquitur, nec cognoscat.

Capitulum XIX. — *Usquequo piger dormis? quando consurgis ex somno tuo?* (VI, 10).

Interpretatio. — Dormire namque est in peccatis iacere. Si enim somni apellatio culpa non esset, nequaquam Paulus discipulis diceret: *Evigilate iusti et nolite peccare* (1. Cor. XV, 34). Unde et auditorem suum ammonet dicens: *Surge qui dormis et exsurge a mortuis et illuminabit tibi Christus* (Ephes. V, 14).

Et rursum: *Hora est iam nos de somno surgere* (Rom. XIII, 11). Electus igitur quisque cum peccati somno premitur, ad iustitiae vigilias surgere conatur. Sed saepe cum surrexerit ipsa se extolli magnitudine virtutum sentit. Unde et temptari se praesentis vitae adversitatibus post virtutes desiderat, ne < peius > per confidentiam virtutum sibi cadat. Si enim servare se melius per temptationem non cognosceret, nequaquam salmista dixisset: *Proba me, Domine, et tempta me* (Ps. XXV, 2).

Capitulum XX. — *Homo apostata vir inutilis graditur ore perverso*, et reliqua (VI, 12).

Interpretatio. — Ammonendi sunt qui iurgia seminant, ut cuius sint sequaces agnoscant. De apostata quippe angelo scriptum est: *Cum bonae messi zizania fuisset inserta, inimicus hominis hoc fecit.*

De cuius etiam membro per Salomonem dicitur: *Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso. Annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum et omni tempore iurgia seminat.*

Ecce, quem seminantem iurgia dicere voluit, prius apostatam nominavit. Quia, nisi more superbientis angeli a conspectu conditoris prius intus aversione mentis caderet, foras postmodum ad seminanda iurgia non veniret. Qui recte describitur quod annuit oculis, digito loquitur, terit pede. Interior namque est custodia quae ordinata servat exterius membra. Qui ergo statum mentis perdidit subsequenter foras ad inconstantiam monitionis fluit, atque exteriori mobilitate indicat quod nulla interius radice subsistat.

Capitulum XXI. — *Sapientia in capite viarum clamitat, in mediis semitis stat* (VIII, 1).

Interpretatio.— Transire fortasse per viam vitae temporalis cum eius ignorantia poteramus, si haec eadem sapientia in semitis angustis constitisset. Investiganda fuerat, si oculta esse voluisset. Sed postquam incarnationis suae mysteria publice ostendit, postquam humilitatis exempla superbientibus praebuit, semetipsam nobis quasi transeuntibus in mediis semitis fixit, ut videlicet in eam quam quaerere nolumus, impingamus, et quam transeuntes videre negligimos, tangamus offendentes.

Capitulum XXII. — *O viri, ad vos clamito* (VIII, 4).

Interpretatio. — Scriptura sacra viros vocare consuevit, qui nimirum vias Domini fortibus et non dissolutis graessibus sequuntur.

Unde per salmistam dicitur: *Viriliter agite et confortetur cor vestrum* (Ps. XXVI, 14).

Unde Paulus eit: *Remissas manus et soluta genua erigite* (Hebr. XII, 12).

Unde nunc sapientia dicit: *O viri ad vos clamito.*

Ac si aperte diceret: Ego non feminis sed viris loquor, quia ut fluxa mente sunt, mea verba percipere nequaquam possunt.

Capitulum XXIII. — *Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem. Inmolavit victimas, miscuit vinum, proposuit mensam suam; misit ancillas suas ut vocarent ad arcem et ad moenia civitatis.* Et reliqua (IX, 1).

Interpretatio. — *Sapientia quippe domum sibi condidit*, cum unigenitus Dei Filius in se ipso intra uterum Virginis, mediante anima, humanum sibi corpus creavit. Sic quippe corpus unigeniti domus Dei dicitur. Sicut etiam templum vocatur. Ita vero ut unus idemque Dei atque hominis filius ipse sit qui inhabitat, ipse qui inhabitatur. Quod tamen recte et aliter accipitur, si domus sapientiae Ecclesia vocetur; quae septem etiam sibi columnas excidit, quia ab amore praesentis saeculi disiunctas, ad portandum eiusdem ecclesiae fabricam mentes praedicantium erexit. Quae pro eo quod perfectionis virtute subnixae sunt, septenario numero designantur.

*Inmolavit victimas*, quia vitam praedicantium mactari in persecu-

tione permisit. *Vinum miscuit*, quia divinitatis et humanitatis suae pariter nobis arcana praedicavit. *Mensam quoque proposuit*, quia scripturae sacrae nobis pabula aperiendo praeparavit. *Ancillas etiam suas misit, quae ad arcem nos atque ad civitatis moenia vocarent*, quia praedicatores, infirmos, abiectosque habere studuit, qui fideles populos ad spiritalis patriae aedificia superna colligerent.

Unde in Evangelio Dominus Nathanaelem laudat, nec tamen in sorte praedicantium numerat, quia ad praedicandum eum tales venire debuerant, qui de laude propria nichil habebant, ut tanto solidius veritatis cognosceretur esse quod agerent, quanto et aperte cerneretur, quia ad hoc agendum per se idonei non fuissent. Ut ergo mira potentia per praedicatorum linguas claresceret, prius mirabilius actum est, ut eorumdem praedicantium meritum nullum esset.

Unde et septem Ecclesiis scribsit Iohanes apostolus, ut unam catholicam septiformis gratiae plenam spiritus designaret: *Sapientia quippe aedificavit sibi domum, excidit columnas septem.*

Qui ut se id de septem Ecclesiis dixisse innotesceret, secutus etiam sacramentum ipsum diligenter inseruit, dicens: *Inmolavit victimas, miscuit vinum et proposuit mensam, misit ancillas suas ut vocarent ad arcem et moenia civitatis. Si quis est parvulus, veniat ad me.* Inmolavit enim Dominus victimas, se ipsum offerendo pro nobis. Miscuit vinum praeceptorum suorum poculum ex narratione historiae et intelligentia spirituali contemperans.

Unde alias dictum est: *Calix in manu Domini, vini meri plenus est misto* (Ps. LXXIV, 9). Et posuit mensam, id est, scripturam sacram, quae fessos ad se atque a saeculi oneribus venientes, pane verbi nos reficit, et contra adversarios sua refectione nos roborat.

Unde alias ab Ecclesia dicitur: *Posuisti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me* (Ps. XXII, 5). Misit ancillas suas, apostolorum videlicet animas, in ipso suo initio infirmas, ut vocarent ad arcem et moenia civitatis [supernae] quia dum aeternam vitam denuntiant, ad alta nos moenia supernae civitatis levant. Quae profecto moenia nisi humiles non ascendunt.

Unde illic et ab eadem sapientia subditur: *Si quis est parvulus, veniat ad me.* Ac si aperte dicat: Quisquis se apud se magnum aestimat, aditum sibi mei accessus angustat; quia tanto ad me altius pertingitur quanto uniuscuiusque mens apud se verius humiliatur.

Sed quantalibet quisque virtute proficiat, quantalibet scientia excrescat, penetrare non sufficit, quo nos conditor moderamine iudiciorum regit.

Capitulum XXIV.— *Noli arguere derisorem, ne oderit te* (IX, 18).

Interpretatio.— Sciunt quippe doctores plerumque quae alta consideratione corda conspiciunt, et dum ea derelicta divinitus vident, afflicti gementesque conticescunt. An non frenum Salomon doctoribus imponit qui dicit: *Noli arguere derisorem ne oderit te?* Sed si ab increpatione idcirco reticemus quia contra nos insurgere derisoris odia formidamus, non iam lucra Dei sed nostra quaerimus. Qua in re sciendum est, quod nonnunquam cum redarguuntur pravi deteriores exsistunt. Ipsis ergo et [non] nobis parcimus, si ab eorum redargutione pro eorum amore cessamus. Unde necesse est ut aliquando toleremus tacendo quod sunt, quatenus in nobis discant videndo quod non sunt. Neque enim iusto timendum est ne derisor cum corripitur contumelias inferat, sed ne tractus ad odium, peior fiat.

Capitulum XXV.— *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter* (X, 9).

Interpretatio.— Fiducia quippe magnae securitatis est simplicitas actionis. Quem Sanctus Spiritus habitat, disciplinae effugiet fictum, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

Capitulum XXVI.— *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra et fatua* (XI, 22).

Interpretatio.— In nare enim fatuitas solet intelligi. Circulus inquit aureus in naribus suis mulier pulchra et fatua. Haeretica iamque doctrina nitore eloquii videtur resplendere, nec tamen sapientiae apto intellectu congruere. Ait: *Circulus aureus in naribus suis*, id est, pulchra et circumflexa locutio in sensibus mentis stultae. Cui ex eloquio aurum pendet, sed tamen ex terrenae intentionis pondere moribus suis ad superiora non respicit.

Quod secutus exposuit dicens: *Mulier pulchra et fatua*, id est, doctrina haeretica. Pulchra per verbum et fatua per intellectum.

Capitulum XXVII.— *Animam quae benedicit impinguabitur et qui ebriat, ipse quoque inebriabitur* (XI, 25).

Interpretatio.— Qui enim exterius praedicando benedicit, interioris augmenti pinguedinem recipit. Et dum divino eloquio auditorum mentem debriare non desinit, potu multiplicati muneris debriatus excrescit. Unde et David hoc Deo in munere obtulit, eo quod praedicationis gratiam quam acceperat non abscondit, dicens: *Ecce labia mea non prohibebo. Domine, tu cognovisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi* (Ps. XXXIX, 10).

Capitulum XXVIII.— *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populo* (XI, 26).

Interpretatio.— Si populos fame attererent, et occulta pleraque frumenta servarent, auctores procul dubio mortis exsisterent. Qua itaque plectendi sunt paena, considerent, quia, cum fame verbi animа epereant, ipsi panem perceptae gratiae non ministrant.

Unde et bene nunc dicitur: *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populo*. Frumenta quippe abscondere, est praedicationis sancta apud se verba retinere. In populis autem talis quisque maledicetur quia solius culpa silentii pro multorum quos corrigere potuit paena damnatur. Si medicinalis artis minime ignari secundum vulnus cer nerent et tamen secare recusarent, profecto peccatum fraternae mor tis ex solo torpore committerent; quanta ergo culpa involvantur, as piciant, qui dum cognoscunt vulnera mentium, curare ea negligun sectione verborum.

Capitulum XXIX.— *Stultus serviet sapienti* (XI, 83).

Interpretatio.— Saepe enim conspicimus sapientes subess stultos vero arcem dominii tenere; sapientes serviliter obsequi, stu tos tyrannica elatione dominari. Quomodo igitur deffinitione divir

sententiae sapienti stultus servit, dum plerumque hunc iure temporalis dominii comprimit? Sed sciendum est quia contra sapientis vitam, dum stultus praeeminens, terrorem potestatis excercet, dum nunc laboribus fatigat, contumeliis lacerat, profecto hunc ab omni vitiorum rubigine purgat. Stultus ergo sapienti dominando servit, quem ad meliorem statum premendo provehit. Sic non nunquam pupillis dominis ad disciplinae magisterium servi praesunt, terrent, premunt, et feriunt, et tamen esse servi nullo modo desistunt; quia ad hoc ipsum ordinati sunt, proficientibus dominis, etiam feriendo famulentur. Quia igitur mala reproborum bonos, dum cruciant, purgant, utilitati iustorum militat etiam potestas iniquorum.

Capitulum XXX.— *Cogitationes iustorum iudicia* (XII, 5).

Interpretatio.— Iusti quippe et electi ab omni strepitu saeculari ad corda sua redeunt, ibique ascendunt tribunal mentis, atque ante oculos sese proximorum statuunt. Deducunt ad medium regulam testamenti in qua dicitur: *Quae vultis ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis* (Matth. VII, 12). Transferant in se personam proximi, et sollicite attendant quid sibi, si ita essent, fieri vel non fieri iuste voluissent. Sicque districto iure atque iudicio causam proximi iuxta tabulas divinae legis in foro cordis examinant. Bene ergo dicitur: *Cogitationes iustorum iudicia*, quia ipse eorum infirmus motus cordis quasi quaedam libra est iudiciariae potestatis.

Capitulum XXXI. — *Non contristabit iustum quicquid ei accidit* (XII, 21).

Interpretatio.— Quisquis in solo aeternitatis desiderio figitur, nec prosperitate attolitur, nec adversitate quassatur, dum nichil habet in mundo quod pertimescat. Hinc iterum idem dicit Salomon: *Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit* (XXVIII, 1).

Capitulum XXXII.— *Cor quod cognovit amaritudinem animae suae, in gaudio illius non miscebitur extraneus* (XIV, 10).

Interpretatio.— In amaritudine quippe animae sunt omnes elec-

ti, quia vel punire flendo non desinunt quae deliquere, vel gravi se moerore afficiunt, quia longe hic a facie conditoris proiectae, adhuc in aerternae patriae gaudiis non sunt. In amaritudine namque sunt corda reproborum quia ipsis etiam pravis suis desideriis affliguntur. Sed eamdem amaritudinem suam cor bonorum novit, quia aerumnam exsilii in qua proiectum laceratur intelligit; et quam sint tranquilla quae perdidit, quam confusa in quibus cecidit sentiunt. Sed hoc amaricatum cor ad gaudium suum quandoque reducitur, atque in eius gaudio extraneus non miscetur, quia is qui nunc ab hoc maerore cordis foras se per desideria saeculi eiicit, seclusus tunc ab illa intima eius sollemnitate remanebit.

Hi itaque qui in amaritudine animae sunt, mori mundo funditus concupiscunt, ut in hoc saeculo nulla obligatione teneantur. Et plerunque contingit, ut iam homo mundum mente non teneat, sed tamen mundus hominem occupationibus astringat. Et ipse quidem mundo mortuus est, sed ipse mundus hominem occupationibus annectit. Quasi enim vivus adhuc mundus eum concupiscit, dum alio intentum in suis actionibus repedare contendit.

Unde bene Paulus dum et ipse saeculum perfecte desciperet, et talem se factum videret, quod iam ab hoc saeculo concupisci omnimo non posset, ruptis huius vitae vinculis liber dicit: *Michi mundus crucifixus est et ego mundo* (Gal. VI, 14). Mundus quippe ei crucifixus fuerat, quia hunc cordi suo iam mortuum non amabat. Et se ipsum mundo crucifixerat, qui talem se ei exhibere studuit, ut ab eo quasi mortuus concupisci non posset. Si enim uno in loco sit mortuus et vivens, etsi mortuus vivum non videat, vivus tamen mortuum videt. Si vero utrique sint mortui, alter alterum nequaquam videt.

Itaque iam mundum non amat, sed tamen ab illo vel non volens amatur; et si ipse velut mortuus mundum non videt, hunc tamen mundus adhuc videt. Si vero nec ipse nec ille in amore mundum retinet, nec rursum a mundi amore retinetur, vicissim sibi utrique extincti sunt, quia dum alter alterum non appetit quasi mortuum mortuus non attendit.

Capitulum XXXIII.— *Est via quae videtur hominibus recta, novissima autem eius deducunt ad mortem* (XVI, 12).

Interpretatio.— Non nunquam ea ipsa quae recte nos agere credimus, an districti iudicis examine recta sint ignoramus. Saepe enim opus nostrum quod causa damnationis est, profectus putatur esse virtutis. Saepe unde placari iudex creditur, inde ad irascendum placidus instigatur.

Unde sancti viri cum mala superant, sua etiam bene gesta formidant ne cum bona agere appetunt, de ationis imagine fallantur, ne pestifera vis putredinis sub boni specie lateat coloris. Sunt enim qui corruptionis adhuc pondere gravati diiudicare bona subtiliter nesciunt. Et cum ante oculos extremi examinis regulam deducunt, haec ipsa in se nonnunquam et quae approbant metuunt. Et tota quidem mente interna desiderant, sed tamen de incertitudine operum trepidi quo gradiuntur ignorat.

Capitulum XXXIV.— *In timore Domini fiducia fortitudinis.* (XIV, 26).

Interpretatio.— Nichil est simplici corde felicius.

Quia qui innocentiam erga alios exhibet, nichil est quod pati ab aliis formidet. Habet enim quasi arcem quandam fortitudinis simplicitatem suam. Nec suspectus est pati, quod se fecisse non meminit.

Qui et rursum ait: *Secura mens quasi iuge convivium* (XV, 15). Quasi enim continuatio refectionis est ipsa tranquilitas securitatis. At contra mens prava semper est in laboribus, quia molitur mala quae inferat, aut metuit ne haec sibi ab aliis inferantur.

Et quicquid contra proximos excogitat, hoc contra se excogitari a proximis formidat. Fit undique suspecta, undique trepida, omnis qui ad memoriam venit, exquirere contraria creditur. Cui ergo tranquilitas securitatis deesse, huic procul dubio terroris fremitus semper in auribus est. Et saepe contingit ut alio quilibet proximus suus simpliciter loquatur, nichil adversum cogitet; sed cum pax sit, ille insidias suspicatur, quia qui semper dolose agit, simpliciter erga se agere aestimat.

Capitulum XXXV.— *Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium invidia* (XIV, 30).

Interpretatio.— Quid enim per vitam carnis, nisi infirma quaedam

ac tenera aetas? Et quid per ossa, nisi fortia acta signantur? Et plerumque contingit, ut quidam cum vera cordis innocentia in nonullis suis actibus infirmi videantur; quidam vero iam quaedam ante humanos oculos robusta exerceant, sed tamen erga aliorum bona intus invidiae pestilentia tabescant.

Bene ergo dicitur: *Vita carnium sanitas cordis.* Quia si mentis innocentia custoditur, etiam si qua foris infirma sunt, quandoque roborantur et recte subiungitur. *Putedro ossium invidia*, quia per livoris vitium ante Dei oculos pereunt, etiam < quae humanis oculis > fortia acta videntur. Ossa quippe per invidiam putrescere, est quaedam etiam robusta deperire. Sed cur haec de invidia dicimus, si non etiam qualiter eruatur intimemus? Difficile namque est, ut hoc alteri non invideat, quod ad se specialiter exoptat. Quia quicquid temporale percipitur, tanto fit minus singulis, quanto dividitur in multis. Et idcirco desideranti mente lividos cruciat, quia hoc quod appetit, aut funditus alter accipiens adimit, aut a quantitate restringit. Qui ergo livoris peste paena carere desiderat, illam haereditatem diligat quam cohaeredum numerus non angustat, quae et omnibus una est et singulis tota. Quae tanto largius ostenditur, quanto ad hanc percipiendam multitudo dilatatur.

Imminutio ergo est livoris affectus surgens taedio internae dulcedinis, et plena mors eius, perfectus amor aeternitatis. Nam cum mens ab eius rei appetitu retrahitur, quae accipientium numero partitur, tanto magis proximum diligit, quanto minus ex profectu illius sua damna pertimescit. Quae dum perfecte in amore caelestis patriae rapitur, plene etiam in proximi dilectione solidatur. Quia cum nulla terrena desiderat, nichil est quod ei erga proximi caritatem contradicat. Quae nimirum caritas quid est aliud quam oculus mentis, qui si terreni amoris pulvere tangitur, ab internae lucis mox intuitu laesus reverberatur?

Capitulum XXXVI.— *Cor stultorum dissimile erit* (XV, 7).

Interpretatio.— Cor quippe sapientium sibimetipsi semper est simile. Quia dum rectis persuasionibus adquiescit, constanter se in bono opere dirigit. Cor vero stultorum dissimile est; quia dum mutabilitatem aurium exhibet, nunquam in id quod fuerat manet.

Capitulum XXXVII.— *Vir animosus parit rixas et vir iracundus effodit peccata* (XVI, 18; XXIX, 22).

Interpretatio.—Iracundus quippe peccata effodit, quia etiam malos quos incaute ad discordiam provocat, peiores facit.

Capitulum XXXVIII.—*Iter pigrorum quasi sepes spirarum* (XVI, 19).

Interpretatio.— Cum enim pia intentio ad conversionem vocat, sed adhuc ab hac intentione carius infirmitas revocat, quasi a quibusdam vinculis anima ligata praepeditur. Multos enim saepe videmus viam quippe santae conversitationis appetere, sed nec hanc ausi sequi valent, modo irruentes casus, modo futura adversa inmoderate metuunt. Qui incerta mala, dum quasi cauti prospitiunt, in peccatorum suorum vinculis incauti retinentur. Multa enim ante oculos ponunt, quae si eis conversatione eveniant, subsistere se non posse formidant. Nam cum viam Dei appetunt, eos spinae velut obstantium sepium sic formidinum suarum apposita suspicione pungunt. Quod quia electos praepedire non solet, bene illic secutus adiunxit.

Capitulum XXXIX. — *Via iustorum absque affendiculo* (XV, 19).

Interpretatio.—Iusti quippe in conversatione sua si quaelibet eis adversitas obviaverit, non impinguntur, quia temporalis adversitatis obstacula, aeterna spe et internae contemplationis salute trascendunt.

Capitulum XL. — *Abominatio Domini est omnis arrogans* (XVI, 5).

Interpretatio. — Quia praedicationis verbum, quod a Deo accipit, intelligit. Et caetera.

Capitulum XLI. — *Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eam os suum* (XVI, 26).

Interpretatio. — Saepe doctorum cor vitiorum temptationibus tangitur, ut modo elevetur elatione superbiae, modo irae stimulis inflammetur. Sed cum bonorum auditorum vitam considerant, hancque profecisse suis exortationibus pensant, erubescunt tales non esse quales auctore Deo per se conspiciunt alios factos esse, et ante se

in mente re stabiliunt quam plene in culpam labuntur. Nam cum haec ipsa suis doctoribus verba ad memoriam venerint, erubescant non servare quod dicunt.

Recte itaque nunc dicitur: *Anima laborantis, laborat sibi, quia compulit eum os suum.* Os enim nostrum nos compulit ad laborem, quando per hoc, ut diximus, a vitiis refrenamus, quia turpe nimis est ibi nos negligendo cadere, unde praedicando conati sumus alios levare. Quia doctorum magna custodia est vita venerabilis auditorum et suus sermo fit sui in adiutorium, quia erubescunt pulsantibus vitiis non resistere, qui contra vitia alios armaverunt. Quia enim quanto diu in hac vita vivimus, contra malignos spiritus, quid aliud quam in acie stamus? Sicut praediximus, doctoris animus forsitan aliqua elatione pulsatur, sed sibi ne ipse pereat seu per exemplum suum alios ad perditionem trahat, vigilanter se et festine circunspicit et in cogitationibus suis remordet. Adducta auditorum suorum vita ad memoriam, semetipsum humiliat, et quibus praevalet modis agit, ne elatio principetur in mente, ne damnetur in opere.

Scriptum quippe est: *Initium omnis peccati superbia* (Eccles. X, 15). Quis ergo erigit ante Dei oculos fructus boni operis, si ex radice putruit elationis? Saepe, ut praedictum est, eius animus temptatur ex ira, sed citius ne ad se circunspiciendum recolligit, et disciplinae se pondere deprimens agit, ne motus animi transeat in sermonem, ne erumpat in vocem. Fitque ut ira perturbati animi ubi per negligentiam oritur, ibi per vitium suffocata moriatur. Qua ex re agitur, ut ex concepta culpa animus pariat, quia et sese fortiter custodire noluit, ne admotum surgeret, sed temen in commotione fortiter vicit. Unde per eundem bene Salomonem nunc subditur.

Capitulum XLII. — *Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo, expugnator est urbium* (XVII, 32).

Interpretatio. — Recte expugnatori urbium patiens praefertur, quia in illa actione victoriae, homo victor est hominum. In hac autem mansuetudine patientiae, animus victor est sui.

Capitulum XLIII. — *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum* (XVII, 14).

Interpretatio. — Saepe dum ab otiosis verbis nequaquam lingua compescitur, ad temeritatem quoque stultae increpationis effrenatur. Quibusdam enim ruinae suae gradibus desidiosa mens in foveam lapsa impellitur. Nam dum ociosa cavere verba negligimus, ad noxia pervenimus, ut prius loqui aliena libeat, et postmodum detrationibus eorum vitam de quibus loquitur mordeat. Boni enim viri freno consilii retinent praecipitationem verbi. Et caute considerant, ne relaxantes linguae lasciviam, auditorum conscientiam incauta locutione transfigant.

Unde bene nunc dicitur: *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum.* Aqua quippe dimittitur, cum linguae fluxus effrenatur. Sed missor aquae, iurgiorum caput efficitur, quia per linguae incontinentiam discordiae origo propinatur. Pravi igitur sicut in sensu leves sunt, ita in locutione praecipites, et reticere pertractando negligunt quae loquantur. Sed levi conscientia conspicit, levior protinus lingua producit.

Capitulum XLIV. — *Oculi stultorum in finibus terrae* (XVII, 24).

Interpretatio. — Quia hoc solum tota cordis intentione conspiciunt, per quod ad finem terreni desiderii perducantur. Nequaquam vero suae considerationis obtutum in terra stultus figeret, si ad sancta sui Redemptoris itinera mentis oculos levaret. Unde per eundem Salomonem rursum dicitur: *Oculi sapientis in capite eius*, quia videlicet sapiens quisque illum tota intentione considerat, cuius se membrorum esse per fidem pensat.

Capitulum XLV. — *Stultus quoque si tacuerit, sapiens esse putabitur* (XVII, 28).

Interpretatio. — Sicut clausa in via domus, quae membra intus lateant ignoratur, sic plerumque stultus, si tacuerit, utrum sapiens an stultus sit, absconditur; si tamen nulla alia opera prodeunt, quae sensum etiam tacentis loquatur.

Capitulum XLVI.— *Impius cum in profundum venerit peccatorum contempnit* (XVIII, 3).

Interpretatio. — Quisquis impietati subcumbit, vitam profecto iustitiae moriendo derelinquit. Qui vero etiam post peccatum mole desperationis obruitur, quid aliud quam post mortem inferni supplicio sepelitur? *Peccator*, inquit, *cum venerit in profundum malorum, contempnit.* Redire namque dissimulat, quia misereri sibi posse desperat. Sed cum desperando amplius peccat, quasi puteo suo fundum subtrahit, ne ubi retineri possit inveniat.

Capitulum XLVII. — *Aqua profunda verba ex ore viri et torrens redundans fons sapientiae* (XVIII, 4).

Interpretatio. — Quid hoc loco aquam nisi scientiam appellat? Nam quia in sacro eloquio aliquando aqua scientia dicitur. Aqua significare scientiam, David quoque propheta testatur dicens: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris* (Ps. XVII, 12), id est, occulta scientia in prophetis. Quid ante adventum Domini, dum occultis sacramentis gravidisque mysteria immensa gestarent, intuentium oculi eorum intelligentia caligabant.

Capitulum XLVIII. — *Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis* (XVIII, 9).

Interpretatio. — In hoc quoque mundo humana anima quasi more navis est contra ictum fluminis conscendentis, uno in loco nequaquam stare permittitur, quia ad ima relabitur, nisi ad summa conetur. Si ergo inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non sublevat, ipsa operantis manus remissio contra hoc quod operatum est pugnat. Hinc est ergo quod per Salomonem nunc dicitur: *Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Quia videlicet qui cepta bona districte vera exsequitur, dissolutione negligentiae manum destruentis imitatur.

Hinc Sardis Ecclesiae ab angelo dicitur: *Esto vigilans et confirma cetera quae moritura erant; non enim invenio opera tua plena coram Deo meo* (Apoc. III, 2). Quia igitur plena coram Deo eius opera inventa non fuerunt, moritura reliqua etiam quae erant gesta praedicabat. Si enim nobis quod in morte est ad vitam non accenditur hoc etiam extinguitur quod quasi ad vivum tenetur.

Capitulum XLIX.— *Iustus in principio accusator est sui* (XVIII, 17).

Interpretatio.— Tanto ergo quisque minus ostenditur doctor, quanto convincitur minus patiens. Nec enim veraciter potest bona diendo impendere, si vivendo nesciat aequanimiter aliena mala tolerare. Quanto enim culmine virtus pacientiae polleat, idem Salomon indicat dicens: *Melior est patiens viro forte, et qui dominatur animo suo expugnatur est urbium* (XVI, 32). Minor est ergo victoria urbes expugnare quia extra sunt qui vincuntur. Maior est autem qui per pacientiam vincit, quia ipse animus superatur et semetipsum subducit, quando eum patientia in humilitate tolerantiae subiit.

Capitulum L.— *Pigredo immittit soporem et anima dissoluta esuriet* (XIX, 15).

Interpretatio.— Pigris itaque intimandum est, quod saepe dum importune agere quae possumus nolumus, paulo post quum volumus non valemus. Ipsa quippe nostra desidia dum congruo fervore non accenditur, a bonorum desiderio funditus convalescente forti corpore mactatur.

Unde aperte nunc dicitur: *Pigredo immittit soporem.* Piger etenim recte sentiendo, quasi vigilando, quamvis nichil operando, torpescit. Sed pigredo soporem immitere dicitur, quia paulisper etiam recte sentiendo vigilantia ammittitur, dum a bene operandi studio cessatur.

Ubi recte subiungitur: *Et anima dissoluta esuriet.* Quia se ad superiora stringendo non dirigit neglectam, se inferius per desideria expandit, et dum studiorum sublimium vigore non constringitur, cupiditatis infimae fame sauciatur. Ut quo se per disciplinam ligare dissimulat, eo se esuriens per voluptatum desideria spargat.

Hinc ab eodem rursus Salomone scribitur: *In desideriis est omnis otiosus.* Hinc ipsa veritate praedicante, uno quidem exeunte spiritu, munda domus dicitur, sed multiplicius redeunte dum vacat occupatur.

Capitulum LI.— *Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum porriget eam* (XIX, 24).

Interpretatio.— Nemo itaque tam piger est, ud ad os suum ma-

num vel pro comedendo reducere labore putet, sed piger nec ad os suum manum suam porrigit, qui nec hoc vult operari quod dicit.

Per manum quippe, operatio; per os autem, locutio designatur *Abscondit itaque piger manum suam sub ascella sua, et laborat si ad os suum porrigat ea.* Pro pigro labore est manum suam ad os porrigere, quia desidiosus quisque praedicator nec hoc vult operari quod dicit. Manum quippe ad os porrigere, est voci suae opera concordare.

Capitulum LII.— *Propter frigus inquit piger arare non vult, mendicabit ergo aestate, et non dabitur ei* (XX, 4).

Interpretatio.— Sunt nonnulli qui magna perpetrant scelera, et peccatorum suorum conscii, multis ex his quae possident egenis distribuere pertractant, ut culpas suas ante Dei oculos misericordiae visceribus redimant. Itaque haec operari inchoant et plerumque cum operantur paupertatis timor eorum animos concutit, atque timentes ne egeant, erga egentes tenaces fiunt, sese ab ea quam ceperant bona operatione suspendunt. *Propter frigus inquit piger arare non vult, mendicabit ergo aestate et non dabitur ei.*

Qui enim nec propter pavorem mentis atque corporis bene operari negligit, cum sol iustitiae iudicio velut in aestate claruerit, mendicat vitam, sed non accipit, quia propter illam bene operari contempsit.

Capitulum LIII.— *Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo* (XX, 8).

Interpretatio.— Respicere quippe Dei, est ea quae amissa ac perdita fuerant ad suam gratiam reformare. Respiciendo namque levitatis nostrae mala circuit, et magna merita maturitatis dedit.

Capitulum LIV.— *Haereditas ad quam fastinatur in principio, in novissimo benedictione carebit* (XX, 21).

Interpretatio.— Cum plerique praesentis mundi lucra desiderant, et quae de futuris damnis patiantur ignorant, audiant quod scriptum

st: *Haereditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedic-ione carebit.* Ex hac quippe vita initium ducimus ut ad benedictionis ortem in novissimum veniamus.

Qui itaque in principio haereditati festinant, sortem sibi in novis-mo benedictionis amputant. Quia dum per averitiae nequitiam hic ultiplicari appetunt, illic ab aeterno patrimonio exhaeredes fiunt.

APITULUM LV.— *Pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abominuabile est apud Deum* (XX, 10).

INTERPRETATIO.— Sunt denique multa peccata quae committimus, d idcirco nobis gravia non videntur, quia privato nos amore [pro-imi] diligentes, clausis nobis oculis in nostra deceptione blandimus.

Unde fit plerumque ut et nostra gravia, leviter, et proximorum ala levia graviter iudicemus. Scriptum namque est: *Etiam homines ipsos amantes* (2. Tim. 3, 2). Et scimus quia vehementer claudit ocu-m cordis amor privatus. Ex quo fit, ut quod nos agimus, grave esse on aestimamus. Et plerumque quod agitur a proximo nimis no-is detestabile esse videatur. Sed quare hoc quod vile videtur in obis, grave videtur in proximo, nisi quia nec nos sicut proximum, ec proximum cognoscimus sicut nos.

Si enim nos sicut proximum aspiceremus, nostra reprehensibilia istricte videremus, et rursum proximi actio eius nequaquam nobis pareret intolerabilis, qui saepe fortasse talia egimus et nichil nos roximo intolerabile fecisse putabamus.

Hoc male divisum mentis nostrae iudicium corrigere per legis raecepta Moyses studuit cum dixit: *ut iustus deberet esse modius ae-uusque sextarius* (Deut. XXV, 14; y Lev. XIX, 36); hoc vero Salomon t: *Pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abominabile est pud Deum.* Scimus quia in negociorum duplici pondere, aliud maius iud minus est. Nam aliud pondus habent, ad quod pensant sibi, aliud ondus ad quod pensant proximo. Ad dandum, pondera leviora; ad cipiendum vero, gravia praeparantur. Omnis itaque homo qui aliter ensat ea quae proximo dat, et aliter ea quae sua sunt, sibi pondus pondus habet, utrumque autem abominabile est apud Deum. Quia sic proximum ut se diligeret, hunc in bonis sicut se amaret. Et si sic sicut proximum aspicere, sic se in malis sicut proximum iudicaret.

Capitulum LVI. — *Quis hominum intelligere poterit et viam suam* (XX, 24).

Interpretatio.— Bona male ne quis faciens, conscientia attestante, cognoscat. Sed idcirco dicitur: *Quod via sua ab hominibus nescia tur*, quia etiam si recta se quisque opera agere intelligat, sub districto tamen examine, quo tendat, ignorat.

Capitulum LVII.— *Lucerna Domini inspiraculum hominis, quae investigat omne secretum uteri vel ventris* (XX, 27).

Interpretatio.— Sciendum est quod in sacro eloquio ventris ve uteri nomine mens solet intelligi. Lux enim gratiae quae desuper ve nit inspiraculum hominis praestat auditum. Quae videlicet lux omni secreta ventris investigare dicitur, quia occulta mentis penetrat, u ea quae ipsam latebant animam, ante eius oculos flenda reducat.

Hinc Ieremias ait: *Ventrem meum doleo* (IV, 19).

Qui ut ventrem suum quod dixisset ostenderet, adiunxit: *Sensu cordis mei turbati sunt* (id. id.).

Capitulum LVIII. — *Livor vulneris abstergit mala et plagae in secretioribus ventris* (XX, 30).

Interpretatio. — Per livorem quippe vulneris, disciplinam ins nuat corporeae percussionis. Plagae vero in secretioribus ventris sur interna mentis vulnera, quae per compunctionem fiunt. Sicut enir venter cibis repletus extenditur, ita mens pravis cogitationibus dila tata sublevatur. Adsurgunt igitur mala et livor vulneris et plagae i secretioribus ventris, quia et disciplina exterior culpas diluit, et ex tensam mentem per compunctionem paenitentiae ultio transfigit.

Sed hoc inter se utraque differt, quod plagae percussionem do lent, lamenta compunctionem sapiunt. Illae affligentes cruciant, ist reficiunt dum affligunt. Per illas in afflictione moeror est, per haec moerore laetitia. Quia tamen ipsa compunctio mentem lacerat, ea dem compuctionem non incongrue disciplinam vocant.

Quatuor quippe sunt qualitates, quibus iusti viri animam in compunctione vehementer affligitur. Cum autem malorum suorum reminiscitur, considerat ubi fuit; aut iuditiorum Dei sententiam metuens et secum quaerens, cogitat ubi erit; aut cum mala vitae praesentis sollerter attendens, moerens considerat ubi est; aut cum bona supernae patriae contemplatur, quae, quia necdum adipiscitur, lugens conspicit ubi non est. Malorum suorum Paulus meminit et ex eis, in quibus fuerat, se affligebat cum diceret: *Non sum dignus vocari apostolus quia persecutus sum Ecclesiam Dei.*

Rursum quippe divinum iudicium subtiliter pensans, in futuro male esse metuebat dicens: *Castigo corpus meum et servituti subitio, ne forte aliis praedicans ipse reprobus efficiar* (1. Cor IX, 27). Rursus mala praesentis vitae pensabat, cum diceret: *dum sumus in corpore, peregrinamus a Domino* (2. Cor VIII, 6). Et, *video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* (Rom. VII, 28).

Et rursum bona aeternae patriae considerabat dicens: *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum* (1. Cor. XIII, 12). Atque iterum: *Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod aedificationem ex Deo habemus, domum non manu factam aeternam in caelis* (2. Cor. V, 1).

Cuius domus bonum intuens Effesiis dicit: *Ut sciatis quae sit spes vocationis eius et quae divitiae gloriae haereditatis eius in sanctis, et quae sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus mala vitae praesentis* (Ephes. I, 18).

Beatus Iob considerans ait: *Temptatio est vita humana super terram* (Job, VIII, 1).

Unde David quoque ait: *Universa vanitas omnis homo vivens* (Ps. XXXVIII, 6). Et quamquam in imagine Dei ambulet homo, *tamen vane conturbabitur.*

Qui rursus aeternam patriam contemplans, et haec mala pensans in quibus erat, atque illa bona considerans in quibus non erat adhuc, inquit: *Heu me, quod incolatus meus prolongatus est* (Ps. CXIX, 8). *Et ego dixi in pavore meo, proietus sum a vultu oculorum tuorum* (Ps. XXX, 23).

Capitulum LIX. — *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis* (XXI, 20).

Interpretatio. — Sapientia enim atque scientia doctrinae spiritualis verae sunt divitiae. In quarum comparatione, quae transiri possunt, falsae nominantur, excepto autem quod ad aeternam patriam divitiae spirituales ducunt. Est enim aeternis divitiis magna distantia, quia spirituales divitiae erogatae, proficiunt. Terrenae autem divitiae, aut erogantur et deficiunt, aut retinentur et utiles non sunt. Qui ergo has in se veras divitias continent, recte in gazofilacium spiritualis aedificii vocantur.

Capitulum LX. — *Hostiae impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere* (XXI, 27).

Interpretatio. — Ammonendi sunt qui ea quae habent tribuunt, et aliena rapere non desistunt, ne valde munifici videri appetant, et de boni specie deteriores fiant. Hi enim propria indiscrete tribuentes non ad impatientiae murmurationem proruunt, sed cogentes pro inopia pauperum usque ad avaritiam devolvuntur.

Prius itaque ammonendi sunt, ut tenere sua rationabiliter sciant et tunc demum, ut aliena non ambiant. Si enim radix culpae in ipsa effusione non exuritur, nunquam per ramos exuberantis avaritiae spina siccatur. Occasio ergo rapiendi subtrahitur, si bene prius ius possidendi disponatur. Tunc vero ammoniti audiant, quomodo quae habent misericorditer tribuant, quando nimirum didicerint, ut bona misericordiae per interiectam rapinae nequitiam non confundant. Violenter enim exquirunt, quae misericorditer largiuntur. Sed aliud est pro peccatis misericordiam facere, aliud per misericordiam faciendam peccare. Quae iam nec misericordia nuncupari potest, quia ad dulcem fructum non proficit, quae per usus pestiferae radicis amarescit.

Hinc est enim quod ipsa etiam sacrificia per prophetam Dominus reprobat dicens: *Ego Dominus diligens iudicium et odio hominis rapinam in holocaustum.*

Hinc etiam dicit: *Hostiae impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.* Qui saepe quoque et indigentibus subtrahunt quae Deo

largiuntur. Sed quanta eos animadversione renuant, per eundem sapientem dominus demonstrat dicens: *Qui offert sacrifitium ex substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.*

Capitulum LXI. — *Vir obaediens loquitur victorias* (XXI, 28).

Interpretatio. — Vir quippe obaediens victorias loquitur, quia dum alienae voci humiliter subdimus, nosmetipsos in corde superamus.

Hinc in Evangelio veritas dicit: *Eum qui venit ad me, non eiciam foras, quia de caelo descendi, non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me.*

Capitulum LXII. — *Equus paratur ad diem belli, Dominus autem salutem tribuit* (XXI, 31).

Interpretatio. — Equi nomine, praeparatio rectae intentionis accipitur; sic hic scriptum est: *Equus paratur in die belli, sed Dominus salutem tribuit*, quia contra temptationem quidem se animus praeparat; sed nisi adjuvetur desuper, salubriter non decertat.

Capitulum LXIII.— *Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius, et sumas scandalum animae tuae* (XXII, 24).

Interpretatio. — Sicut perfecti viri perversos proximos non debent fugere, quia et eos saepe ad rectitudinem trahunt, et ipsi ad perversitatem nunquam trahuntur, ita infirmis quidem societatem debent declinare malorum, ne mala quae frequenter aspiciunt, et corrigere non valent, delectentur imitari. Sic enim verba proximorum audiendo cotidie sumimus in mente, et sicut flando atque respirando aerem trahimus corpore, et sicut malus aer assiduo flatu tractus inficit corpus, ita perversa locutio assidue audita, infirmantium inficit animum, ut labescat delectatione pravi operis assidui iniquitati sermonis.

Unde Paulus ait: *Corrumpunt mores bonos eloquia mala* (1. Cor. XV, 33).

Capitulum LXIV.— *Noli esse in conviviis potatorum, nec comedas cum eis qui carnes ad vescendum conferunt* (XXIII, 20).

Interpretatio. — Sciendum est quia hi qui alienae vitae detractione pascuntur, alienis procul dubio carnibus satiantur. Carnes quippe ad vescendum conferre est in collocutione derogationis vicissim proximorum vitia dicere, de quorum illic paena mox subditur.

Capitulum LXV. — *Quia vacantes potibus et dantes simbola consumentur, et vestietur pannis dormitatio* (XXIII, 21).

Interpretatio. — Potibus vacant qui de opprobrio alienae vitae se debriant. Simbola vero dare est, sicut unusquisque solet de parte sua cibos vescos apponere, ita in confabulatione detractionis verba conferre. Sed vacantes potibus et dantes simbola consumentur, quia sic scriptum est: *Omnis detractor eradicabitur. Vestietur autem pannis dormitatio,* quia despectum et inopem a cunctis bonis operibus mors sua invenit, quem hic ad alienae vitae exquirenda crimina detractionis suae languor ocupabit.

Capitulum LXVI. — *Et eris sicut dormiens in medio mari et quasi sopitus gubernator amisso clavo* (XXIII, 34).

Interpretatio. — In medio enim mari dormit, qui in huius mundi temptationibus positus providere motus irruentium vitiorum quasi imminentes undarum cumulos negligit, et quasi gubernator clavum amittit, quando mens ad regendam navem corporis studium sollicitudinis perdit. Clavum quippe in mari amittere est, intentionem providam inter procellas huius saeculi non tenere. Si enim cum gubernator clamat et sollicite navem stringit, modo ventorum impetus per obliquum fundit, ita cum mens evigilanter animam regit, modo alia superans calcat, modo alia providens declinat, ut et praesentiae laborando subiciat, et contra futura certamina prospiciendo convalescat.

Capitulum LXVII. — *Verberaverunt me, sed non dolui; traxerunt me et ego non sensi; quando evigilabo et rursum una repperiam?* (XXIII, 35).

Interpretatio. — Mens quippe a cura suae sollicitudinis dormiens verberatur et non dolet, quia sicut imminentia mala non prospicit, sic nec quae perpetraverit agnoscit. Trahitur et nequaquam sentitur, quia per illecebras vitiorum ducitur, nec tamen ad sui custodiam evigilatur. Vigilare tamen ad curas saeculi nititur, ut semper voluptantibus debrietur. Et cum ad illud dormiat in quo sollerter vigilare debuerat, ad illud vigilare appetit, ad quod laudibiliter dormire potuisset.

Hinc paulo superius scriptum est: *Et eris quasi dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator amisso clavo.*

Capitulum LXVIII. — *Prepara foris opus tuum et diligenter excerce agrum tuum, ut postea aedifices domum tuam* (XXIV, 27).

Interpretatio. — Quid namque est praeparato opere agrum diligenter externis exercere, nisi evulsis iniquitatis sentibus actionem ad frugem retributionis excolere? Et quid est post agri exercitium ad aedificium domus redire, nisi quod plerunque ex bonis operibus discimus quantam vitae munditiam in cogitatione conservamus?

Paene cuncta namque bona opera ex cogitatione prodeunt. Sed sunt nonnulla cogitationis acumina quae ex operatione nascuntur. Nam sicut ab anima opus sumitur, ita rursus ab opere animus eruditur.

Mens quippe divini amoris exordia capiens, imperat bona quae fiunt. Sed postquam fieri insperata caeperint, ipsis suis exercitata actionibus discit, cum imperare bona inchoaverit quantum minus habebat. Foris ergo a tergo excolitur, ut domus postmodum construatur. Quia plerumque ab exteriori opere sumimus, quantam sublimitatem rectitudinis in corde teneamus. Quia nequaquam plene animus in cogitatione erigitur, quando adhuc ab eo extrinsecus in opere erratur. Quod si perfecte domorum extergimus, ad Dominum sine macula statim faciem levamus. Ille quippe bonae mentis domum aedificat, qui prius agrum corporis ab spinis vitiorum emundat. Nam si desideriorum sentes in carnis agro proficiunt, intus tota virtutum fabrica famae bonae crescentis destruitur.

Capitulum LXIX. — *Per agrum hominis pigri transivi, et per vineam viri stulti, et ecce totum repleti erant urticae, operuerant superficiem eius spinae, et maceria lapidum destructa erat* (XXIV, 30).

Interpretatio. — Per agrum hominis pigri atque per vineam viri stulti transire, est cuiuslibet vitam negligentis inspicere, eiusque opera considerare quae urticae vel spinae replent, quia in corde negligentium prurientia terreni desiderii et compunctiones pullulant vitiorum, quippe quia scriptum est: *In desideriis est homo otiosus.*

Maceria lapidum destructa erat, id est, disciplina patrum ab eius corde dissoluta. Nam quia destructa maceria lapidum dissolutam esse disciplinam vidit, illic protinus secutus adiunxit.

Quod cum vidissem, posui in corde meo et exemplo didici disciplinam. Quasi ergo rupto muro hostis ingreditur, cum vel malignorum spirituum vel pravorum hominum persuasione callida disciplinae munimina in corde dissipantur.

Sed cum eius disciplinae vigor in corde reproborum solvitur, ante eorum oculos cuncta bonorum opera despective habentur. Nichilque esse aestimant quidquid de virtutibus electorum vident.

Capitulum LXX. — *Gloria Dei est zelare verbum et gloria regum investigare sermonem* (XXV, 2). (*In marg. laterali corrig. et pon.* Regam *pro* Dei, *et* Dei *pro* regum).

Interpretatio. — Quia et honor est homini verborum secreta abscondere, et gloria Dei est mysteria sermonis eius aperire.

Ipsa autem per se vaeritas discipulis dicit: *Quae dico vobis in tenebris, dicite in lumine*, id est, aperte exponite quae allegoriarum obscuritatibus auditis.

Magnae vero utilitatis est ipsa obscuritas eloquiorum Dei, quia exercet sensum ut fatigatione dilatetur, et exercitationem excipiat quod capere non posset otiosus.

Capitulum LXXI. — *Mel invenisti, comede quod sufficiat tibi, ne forte saturatus evomas illud* (XXV, 16).

Interpretatio. — Mel quippe invenire, est sancti intellectus dulcedinem degustare. Tunc enim sufficienter comeditur quando nostra intelligentia iuxta mensuram sensus sub moderamine tenetur

Nam satiatus mel evomit, qui plus appetens penetrare quam capit, et illud perdidit, unde potuit enutriri. Dulcedinem quippe spiritualis intelligentiae qui ultra quam capit comedere appetit, etiam quod comederat vomit. Quia dum summa intelligere ultra vires quaerit, etiam quae bene intellexerat amittit.

Capitulum LXXII. — *Acetum in nitro et qui cantat carmina cordi pessimo* (XXV, 20).

Interpretatio. — Acetum si mittatur in nitro, fervescit nitrum protinus et evullit, est perversa mens quando per increpationem corripitur aut praedicationis dulcedinem ad bona suadetur, et de correptione fit deterior, et in murmurationis iniquitate succenditur unde debuit ab iniquitate compesci.

Capitulum LXXIII.— *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis, oprimetur a gloria.*

Interpretatio. — Gloria quippe incumprehensibilis conditoris, eum, qui immoderate inquirit ea quae sunt ultra vires perscrutanda, premit.

Capitulum LXXIV. — *Sicut urbs patens et absque murorum ambitu, ita et vir qui non potest in loquendo cohibere spirituum suum* (XXV, 28).

Interpretatio. — Qui enim murum silentii non habet in lingua, patet inimici iaculis civitas mentis. Et cum se per verba extra semetipsam eicit, apertam se adversario ostendit. Tantoque illam sine labore superat, quanto ad haec eandem quae vincitur contra semetipsam per multiloquio pugnat. Sed inter haec sciendum est, quia cum pavore nimio allocutione restringimus, interdum plusquam necesse est intra silentii ambitum coartamur; et dum linguae vitia incaute fugimus, occulte deterioribus implicamur. Nam saepe dum ab eloquio immoderate compescimur, grave multiloquium in corde toleramus, ut eo cogitata in mente servet, quo illa violenta custodia indiscreti silentii angustat.

Et plerumque tanto latius diffluunt, quanto se esse securius aestimant, quia foris a reprehensoribus non videntur. Unde mens nonnunquam in superbia attollitur, eosque quos loquentes audit quasi infirmos conspicit.

Cumque os corporis claudit, quantum saevitiis superbiendo aperiat, non agnoscit. Lingua etenim premit cogitationem et erigit. Et cum se per negligentiam minime considerat, tanto apud se cunctos liberius quanto et secretius accussat.

Plerumque autem nimis taciti cum nonnulla iniusta patiuntur, eo in acriorem dolorem prodeunt, quo ea quae sustinent non eloquuntur. Nam si illatas molestias lingua tranquille diceret, a conscientia dolor remaneret. Vulnera enim clausa plus cruciant, quia cum putredo quae intrinsecus fervet eicitur, ad salutem dolor aperitur. Plerumque nimis taciti dum cordis mala respiciunt, et tamen in silentio linguam premunt, quasi conspectis vulneribus usum medicaminis subtrahunt, et eo mortis auctores fiunt, quo virus quod poterant eicere loquendo, noluerint.

Unde et immoderatum silentium, si culpa non esset, propheta Isaias non diceret: *Vae mihi quia tacui* (Is. VI, 8). Cur ergo intulit hoc nisi quae studiose lingua sub magni moderaminis libratione refrenanda est, non insolubiliter obliganda, ne aut laxata in vitio defluat, aut restricta etiam ab utilitate torpescat?

Hinc nanque per quendam dicitur: *Sapiens tacebit usque ad tempus* (Eccli. XX, 7). Ut nimirum cum oportunum considerat, postposita censura silentii, loquendo quae congruunt in usum se utilitatis impendat.

## Capitulum LXXV. — *Laudet te alienum et non ostuum* (XXVII, 2).

Interpretatio. — Perfecti namque, cum virtutes proprias loquuntur, in hoc quoque omnipotentis Dei imitatores sunt, qui laudes suas hominibus loquuntur, ut ab omnibus cognoscantur.

Nam cum praecipiat dicens: *laudet te alienum et non os tuum*, quomodo facit ipse quod prohibet? Sed si virtutes suas omnipotens Dominus taceret, eum nullus cognosceret; si eum nullus agnosceret, nullus amaret; si nullus amaret, nullus ad vitam rediret.

Unde et psalmista de eo dicit: *Virtutem operum suorum annuntia-*

*bit populo suo, ut det illis haereditatem gentium* (Ps. CX, 6). Virtutes ergo suas annuntiat, non ut laudibus ipse proficiat, sed ut hi qui hunc ex sua laude cognoverint, ad perpetuam haereditatem vivant. Iusti itaque atque perfecti non solum vituperationis suae verba reprehendunt, sed etiam cum virtutes quas habent, infirmis mentibus loquuntur, reprehensibiles non sunt, quia per suam vitam quam fecerint, aliorum animas ad vitam quaerunt.

Capitulum LXXVI.— *Sicut probatur in conflatorio argentum et in fornace aurum, ita probatur homo ore laudantis* (XXVII, 2).

Interpretatio.— Argentum quippe vel aurum si reprobum est, igne consumitur. Si probum vero, igne declaratur. Sic nimirum est et sensus operantis. Nam qualis sit in eo quod laudatur, ostenditur. Si enim se auditis suis laudibus extollit, quid iste aliud quam aurum vel argentum reprobum fuit? Quem videlicet et fornax linguae consumpsit. Si autem favores suos audiens ad superni iudicii considerationem redit, hanc ne is apud occultum arbitrum gravetur metuens quasi expurgationis igne ad magnitudinem claritatis exercet. Et unde incendium trepidationis sustinet, inde clarius fulget.

Inde et beatus Iob, quia nequaquam de operatione se protulit fidenter, dicit: *Si vidi solem cum fulgeret*, quia vere hunc a iudicii interioris intuitu fama laudabilis non divertit. Adiungit: *et lunam incedeutem clarere*. Et quia opinionis suae gratiam animum devincit, nec tacita cogitatione promisit, protinus subdicit: *et si laetatum est in abscondito cor meum* (Job, XXXI, 26-27).

Capitulum LXXVII.— *Si contunderis stultum in pila quasi ptisanas feriente de super pilo, non auferetur ab eo stultitia eius* (XXVII, 22).

Interpretatio.— Hi quos ab iniquitatibus hic nec flagella compescunt, tanto acriori invectione feriendi sunt, quanto maiori insensibilitate duruerunt. Plerunque enim sine dignatione desperandi, ita dumtaxat, ut ostensa desperatio formidinem incutiat, subiuncta ammonitio ad spem reducat. Districte itaque contra illos divinae sententiae proferendae sunt, et cognitione sui considerata aeterna animadversione revocentur.

Contra hos namque propheta Domino conqueritur dicens: *Attribisti eos, et renuerunt reverti et accipere disciplinam* (Jer. V, 3).

Hinc est quod Dominus dicit: *Interfeci et perdidi populum apostatam istum et tamen a viis suis non sunt reversi.*

Hinc rursus ait: *Populus non est reversus ad percutientem se.*

Hinc voce flagellantium propheta conqueritur dicens: *Curavimus Babilonem et non est curata* (Jer. LI, 9).

Babilon quippe curatur, nec tamen ad sanitatem reducitur, quando mens in prava actione confusa, verba correctionis audit, flagella correptionis percipit; et tamen ad recta salutis itinera redire contempnit.

Capitulum LXXVIII.— *Iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit* (XXVIII, 1).

Interpretatio.— Sic itaque iusti despecti sunt, et velut indigni omnia tolerant. Sed dignos se supernis sedibus confidentes, aeternitatis gloriam cum certitudine expectant. Cumque laborant foris adversitate persecutionis, ad munitam recurrunt intrinsecus arcem mentis, et cuncta sub se ire despiciunt, inter quae transire corporaliter etiam semetipsos cernunt. Minas non metuunt, quia et tormenta patiendo contempnunt.

Hinc ab eo iterum scriptum est: *Non contristabit iuseum, quicquid ei acciderit* (Prov. XII, 21). Quia etenim recti quique in alto intentionis suae veridice siti sunt, miro modo eos reproborum iacula efferiunt et non contingunt. In sublime ergo sunt humiles positi, quia unde se in omnibus despiciunt, inde contra omnia securiores fiunt.

Capitulum LXXIX.— *Qui avertit aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit exsecrabilis* (XXVIII, 9).

Interpretatio.— Cor quippe nostrum nos inspectione reprehendit, cum resistere praeceptis eius quem postulat meminit. Et oratio eius fit exsecrabilis, cum a censura avertitur legis. Dignum profecto est ut ab eius beneficiis sit quisque extraneus, cuius nimirum iussionibus non vult esse subiectus.

Qua in re hoc est salubre remedium, ut cum mens se ad memo-

riam culpae reprehendit, hoc prius in oratione defleat quod erravit, quatinus dum ab erroris macula, fletibus tergitur in petitione sua cordis facies ab auctore munda videatur. Sed curandum nimis est, ne ad hoc rursum proruat, qui se mundasse fletibus exultat, ne dum deplorata iterum culpa committit, in conspectu iusti iudicii ipsa etiam lamenta levigentur.

Capitulum LXXX.— *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur* (XXVIII, 13).

Interpretatio.— Nequaquam ad confessionem os panditur nisi cum consideratione destricti iudici iper pavorem spiritus angustiatur.

Capitulum. LXXXI.— *Qui festinat ditari non erit innocens* (XXVIII, 20).

Interpretatio.— Cum repleri cunctis simul opibus inardescant avari, audiant hoc quod scriptum est. *Qui festinat ditari, non erit innocens.*

Profecto enim qui augere opes ambit, vitari peccatum negligit. Et more avium captus, cum escam terrenarum rerum avidius concupiscit, quo stranguletur peccati laqueo non agnoscit.

Capitulum LXXXII.— *Totum spiritum suum profert stultus, sapiens vero differt et reservat in posterum* (XXIX, 11).

Interpretatio.— Impacienti quippe impellente agitur ut totus oras spiritus proferatur.

Quem idcirco citius perturbatio eicit, quia nulla interius disciplina sapientiae circumetuit. Sapiens autem differt et reservat in posterum. Laesus enim in presens se alcisci non desiderat, qui etiam tolerans parci optat. Sed tamen iuste vindicari omnia extremo iudicio non ignorat.

Capitulum LXXXIII.— *Oculum qui subsannat patrem et qui despicit partum matris suae, effodiant illum corvi de torrentibus* (XXX, 17).

Interpretatio.— Potest fortasse in torrentis nomine ipsa irriga-

tio sanctae praedicationis intelligi, cum si qui divina iudicia reprehendunt, subsannant patrem. Et quilibet haeretici dum praedicationem sanctae Ecclesiae fecunditatemque illius deridendo contempnunt, quid aliud quam partum matris despiciunt?

Quam non inmerito eorum quoque Matrem nominat, quia contra ipsam loquuntur, Iohane attestante qui ait: *A nobis exierant, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.* Corvi vero de torrentibus veniunt, cum praedicatores verbi ad defensionem sanctae Ecclesiae a sacrorum librorum fluentis procedunt. Qui recte etiam corvi vocati sunt, quia nequaquam de iustitiae luce superbiunt, sed per humilitatis gratiam peccatorum in se nigredinem confitentur. Unde etiam ob electorum... Ecclesiae dicitur: *Nigra sum sed formosa* (Cant. I, 4).

Et Iohannes ait: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimur* (1. Jo. I, 8). Qui videlicet corvi subsannantis oculum effodiunt, quia pravorum ac pervicantium omnium intentionem vincunt.

Capitulum LXXXIV.— *Regem locusta non habent, et egreditur universa per turmas* (XXX, 27).

Interpretatio.— Quia videlicet derelicta gentilitas aliena dudum a divino regimine extitit, sed tamen ordinata postmodum contra adversantes spiritus ad fidei bellum processit.

Capitulum LXXXV.— *Stelio manibus nititur et moratur in aedibus regis* (XXX, 28).

Interpretatio.— Plerumque enim aves quas ad volatum pennae sublevant in vepribus resident, et stelio qui ad volatum pennas non habet nitens manibus regni aedificium tenet, quia nimirum saepe ingeniosi dum per negligentiam torpent, in pravis actibus remanent. Et simplices quos ingenii penna non adiuvat. ad obtinenda aeterni regni moenia virtus operationis levat.

Stelio ergo dum manibus nititur in regis aedibus moratur, quia illic simplex per intentionem recti operis pervenit, quo ingeniosi operis minime ascendit. Sed his auditis, quaestio nostro cordi suboritur, cur vel negligenti intelligentiae donum tribuit, vel studiosus quisque sensus sui tarditate praepeditur?

Ad quam citius respondetur, dum protinus subditur: *Nichil in terra sine causa*. Idcirco enim saepe et desidiosus ingenium accipit, unde negligens etiam iustius puniatur, quia quod sine labore assequi potuit, scire contempnit. Et idcirco non nunquam studiosus tarditate intelligentiae premitur ut eo ad maiora praemia retributionis elaboret. Nichil ergo est in terra sine causa, quando et studioso tarditas ad praemium proficit et desidioso velocitas ad supplicium crescit.

Capitulum LXXXVI.— *Tria sunt quae bene gradiuntur, et quartum quod incedit feliciter. Leo fortissimus bestiarum, eo quod ad nullius paverit occursum, gallus succinctus lumbos et aries, nec est rex qui resistat ei* (XXX, 29-31).

Interpretatio.— Ipse quippe hoc loco ponitur de quo scriptum est: *Vicit leo de tribu Iuda* (Apoc. V, 5.).

Qui fortissimus bestiarum dicitur, quia in illo *quod infirmum est Dei, fortius est hominibus* (1. Cor. I, 25). Qui, ad nullius pavet occursum; dicit enim: *Venit princeps huius mundi et in me non habet quicquam* (Jo. XIV, 30).

*Gallus succinctus lumbos*, id est, praedicatores sancti inter huius noctis tenebras verum lumen nuntiantes. Qui succinti lumbis sunt, quia a membris suis luxuriae fluxa restringunt.

In lumbis quippe luxuria est. Unde et eis a Domino dicitur: *Sint lumbi vestri praecincti* (Luc. XII, 35). *Et aries, nec est rex qui resistat ei*. Quem alium hoc loco arietem accipimus, nisi primum intra Ecclesiam ordinem sacerdotum, de quibus scriptum est: *Afferte Domino filios arietum* (Gs. 28, 1), qui per exempla sua gradientem populum quasi subsequentem ovium gregem trahunt? Quibus spiritualiter recteque viventibus nullus rex sufficit omnino resistere, quia quamlibet persecutor odiet, et saeviat, intentionem eorum non valet praepedire. Sciunt enim ad eum quem desiderant et anxie currere et moriendo pervenire. Ponitur ergo primus leo, secundus gallus, tertius aries.

Apparuit enim Xristus, deinde sancti praedicatores apostoli, et tunc demum spirituales patres Ecclesiarum praepositi, videlicet duces gregum, doctores sequentium populorum. Sed haec adhuc melius affirmamus, si eiusdem loci etiam reliqua exponendo subicimus. Nam quia prius hac Antichristus apparebit, hoc illud quartum subdidit.

Capitulum LXXXVII.— *Est qui stultus apparuit postquam elevatus est in sublime. Si enim intellexisset, ori imposuisset manum* (XXX, 32).

Interpretatio.— Ipse quippe in sublime elevatur, cum Deum se esse nititur. Sed elevatus in sublime stultus apparebit, quia in ipsa elevatione sua per adventum veri iudicis deficit. *Quod si intellexisset ori imposuisset manum*, id est, si supplicium suum, cum super vires exorsus est, praevidisset, bene aliquando conditus, in tanta iactatione superbiae non fuisset elatus.

De quo nequaquam moveat quod superbis dictum est: *Quartum quod incedit feliciter, et non bene.* Neque in hac vita omne quod bene feliciter. Nam leo, gallus et aries bene incedunt, sed non hic feliciter, quia persequtionem et bella patiuntur. Quartum vero feliciter et non bene incedit, quia in fallatia sua Antichristus graditur, sed iuxta breve tempus vitae praesentis ipsa illi fallatia prosperatur, sicut de eo sub Antioqui specie per Danielem dictum est: *Robur datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata et prosternetur veritas in terra et faciet et prosperabitur* (Dan. XII, 11).

Quod Salomon ait: *Incedit feliciter*, hoc Daniel dicit. *Prosperabitur* iuxta hoc testimonium quod per Salomonem dicitur: *Gallus succintus lumbos.* Aperte etiam in beati Iob libro gallum sanctos praedicatores accipimus. Ad se ergo cuncta ibi referens Deus dicit: *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam?* (Job. XXXVIII, 36). Ac si diceret. In corde hominis, humana sapientis, supernae sapientiae gratiam quis infundit? Vel ipsis sanctis praedicatoribus, quis nisi ego intelligentiam dedi ut sciant quando vel quibus debeant venturum lumen nuntiare? Idcirco enim quando et quid agam sentiunt, quia bene intrinsecus me revelante cognoscunt.

Capitulum LXXXVIII.— *Qui fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butirum et qui vehementer emulget, eicit sanguinem* (XXX, 33).

Interpretatio. — Divina namque sententia aliquando interius retinenda est, aliquando exterius observando. Ubera, quippe fortiter premimus, cum verba sacri eloquii subtili intellectu pensamus, qua pressione dum lac quaerimus, butirum invenimus; quia dum nutriri

vel tenui intellectu quaerimus, ubertate internae pinguedinis ungimus. Quod tamen, nec sic nimie nec semper agendum est, ne dum ac quaeritur ab uberibus sanguis sequatur. Plerique enim quidam, ium verba sacri eloquii plusquam debent discutiunt, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem quippe eicit qui vehementer emulget, quia carnale efficitur hoc quod ex nimia spiritus discussione sentitur.

Unde necesse est, ut nonnulla sacrae legis verba iuxta pondus historiae perscrutemus, ne si haec animus, plusquam neccesse et spiritualiter investigat, a verborum eius uberibus sanguis nobis pro lacte respondeat. Si quando vero quaedam mystica in suorum operum narratione permiscet, ad haec necesse est, ut mens concita redeat, atque hanc ipsi ut detur intelligi ordo loquenti vocat.

Capitulum LXXXIX. — *Aperi os tuum muto et causis omnium filiorum qui pertranseunt* (XXXI, 8).

Interpretatio. — Muti enim dicuntur qui praedicatorum verbum contradicendo minime resistunt. Qui etiam pertranseuntes sunt, quia intentionem mentis in amore vitae praesentis figere dedignantur. Igitur quia malus ad diem perditionis servatur, et ad diem furoris ducitur, hoc non nisi qui est viator intelligit. Quem qui cor in praesentibus figit, quia iniquos sequitur, supplitia non deprehendit.

Capitulum XC. — *Nobilis in portis vir eius quando sederit cum senatoribus terrae* (XXXI, 23).

Interpretatio. — Vir quippe est Ecclesiae humani generis redemptor, qui in portis Syon se nobilem ostendit, quia despectus prius in contumeliis extitit; sed in ingressu regni sublimis apparebit. Qui cum terrae senatoribus residet, quia iudicii sententiam cum sanctis eiusdem Ecclesiae praedicatioribus decernit, sicut ipse in evangelio ait: *Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel.* (Matth. XIX, 28).

Quod Isaias longe ante pronuntians ait: *Deus ad iudicium veniet, cum senioribus populi sui* (Isai. III, 14). Et Salomon iterum dicit: *Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera eius* (Prov. XXXI, 31).

Capitulum XCI.— *Sindonem fecit et vendidit et cingulum tradidit chananeo* (XXXI, 24).

Interpretatio. — Quid enim signatur linteo sindonis, nisi subtilis intentio sanctae praedicationis in qua molliter quiescitur, quia mens in illa fidelium spe aeterna refovetur? Unde et Petro animalia in linteo demonstrantur quia peccatorum animae misericorditer aggregatae in blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo sindonem Ecclesia fecit et vendidit, quia fidem quam credendo tenuerat, loquendo dedit et ab infidelibus fidem rectae conversationis accepit. Quae et chananeo cingulum tradidit, quia per vigorem demonstratae iustitiae fluxa opera gentilitatis astrinxit, ut hoc quod praecipitur vivendo teneatur, sicut veritas dicit: *Sint lumbi vestri precincit* (Luc. XII, 35).

Capitulum XCII. — *Considerat semitas domus suae et panem otiosam non comedit* (XXXI, 27).

Interpretatio. — Semitas quippe domus suae sancta Ecclesia considerat, quia cunctas suae conscientiae cogitationes subtiliter investigat. Panemque otiosa non comedit, quia ea quae sacro eloquio intelligendo percipit, ante aeterni iudicis oculos exhibendo operibus ostendit.

Mori autem dicitur, quia cum aeternitatis contemplatio illam perabsorbuerit, ab hac mutabilitatis suae vicissitudine funditus extinguit, ut in ea iam hoc quod acumen intimae iussionis impediat, ullo modo nichil vivat. Tanto enim tunc verius interna conspicit, quanto cunctis exterioribus plenius occumbat; hanc itaque mortem, hanc dierum plenitudinem et in beato Iob uno, id est membro Ecclesiae credamus, factam, et in totam simul Ecclesiam speremus esse faciendam, quatinus ita teneatur rei gestae veritas ut non evacuetur rei gerendae prophetia.

Bona enim quae de sanctorum vita cognoscimus, si veritate carent, nulla sunt; si mysterium non habent, minima. Quae ergo per Spiritum Sanctum bonorum vita describitur, et per intellectum nobis spirituale fulgeat, et tamen sensus a fide historiae non recedat, quatinus tanto fixius animus in suo intellectu permaneat, quanto

hunc quasi in quodam medio constitutum erga futura spes et erga praeterita fides ligat.

Capitulum XCIII. — *Date ei de fructu manuum suarum et laudent eam in portis opera eius* (XXXI, 31).

Interpretatio.— Tunc quippe sancta Ecclesia de fructu manuum suarum accipit, cum eam ad percipienda caelestia laboris sui retributio attolit. Tunc eam sua opera in portis laudant, quando eius membris in ipso regni aditu dicitur: *Esurivi et dedisti mihi manducare. Sitivi et dedisti mihi bibere. Hospes eram et collegisti me. Nudus et operuisti me* et caetera (Matth. XXXV, 35).

EXPLICIUNT SANCTI GREGORII EXCERPTA

# LIBER ECCLESIASTES

(NO SE HALLA EN SAN PATERIO)

## INCIPIT PRAEFATIO DE LIBRO ECCLESIASTEN

Salomonis liber huic operi subiungitur, qui Ecclesiastes appellatur. Ecclesiastes autem proprie concionator dicitur. In concione vero sententia promitur per quam tumultuosa turbae seditio comprimitur, et cum multi diversa sentiunt, per concionantis rationem ad unam sententiam perducuntur. Hic igitur liber idcirco concionator dicitur, quia Salomon in eo quasi tumultuantis turbae suscepit sensum, ut ea per inquisitionem dicat quae fortasse per tentationem imperita mens sentiat.

Nam quod sententias quasi per inquisitionem movet, quasi tot in se personas diversorum suscipit; sed concionator verax velut extensa manu omnium tumultus sedat, eosque ad unam sententiam revocat, cum in eiusdem libri termino ait: *Finem loquendi omnes pariter audiamus: Deum time et mandata eius observa: hoc est enim omnis homo* (XII, 13).

Si enim in libro eodem per locutionem suam multorum personas non susceperit, cur ad audiendum loquendi finem secum periter omnes admonebat? Qui igitur in fine libri dicit, *omnes pariter audiamus*, ipse sibi testis est, quia in sensu multorum personas suscipiens, quasi solus locutus non est. Unde et alia sunt, quae in libro eodem per inquisitionem moventur; atque alia quae per rationem satisfaciunt; alia quae ex temptationibus profert animus, adhuc huius mundi delectationibus deditus; alia vero in quibus ea quae rationis sunt, disserat, atque animum a delectatione compescat.

Ibi namque ait: *Hoc itaque mihi visum bonum est ut comedat quis et bibat, et fruatur laetitia ex labore suo* (V, 17). Et longe inferius,

subiungit: *Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii* (VII 3).

Ex quae re ostenditur, qualiter illic ex infirmantium persona intulit, hoc vero ex rationis deffinitione subiunxit. Nam ipsas protinus rationis causas edisserit, et de domo luctus quae sit utilitas ostendit dicens: *In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, et vivens cogitat quid futurum sit* (id.).

Rursum illic scriptum est: *Laetare iuvenis in adolescentia tua* (XI, 9). Et paulo post subditur: *Adolescentia enim et voluptas, vana sunt* (XI, 10). Quid dum hoc postmodum vanum esse redarguit, quod prius admonuisse videbatur, patenter indicat; quia illa quasi ex desiderio carnali verba intulit, haec vero ex iudicii veritate subiunxit. Sicut ergo ex delectatione prius carnalium exprimens, curis postpositis, denuntiat bonum esse manducare et bibere, quod tamen postmodum ex iudicii ratione reprehendit, cum esse melius dicit ire ad domum luctus quam ad domum convivii; et sicut laetari debere iuvenem in adolescentia sua, quasi ex deliberatione carnalium proponit, et tamen postmodum per deffinitionem sententiae adolescentiam et voluptatem vanas esse redarguit; ita etiam concionator noster velut ex mente infirmantium, humanae suspicionis sententiam proponit, dum dicit: *Unus interitus est hominis et iumentorum, et una utriusque conditio* (III, 19). *Sicut moritur homo sic et illa moriuntur. Similiter spirant omnia, et nichil habet homo iumentis amplius.* Qui tamen, ex deffinitione rationis suam postmodum sententiam profert dicens: *Quid habet amplius sapiens, non solum amplius a iumento, sed etiam ab homine stulto, videlicet, ut pergat illuc ubi est vita?* (VI, 8).

Quibus verbis primum indicat, quia hic hominum vita non est, cum esse alibi restatur.

Habet ergo hoc homo amplius iumentis: Quod illa post mortem non vivunt; hic vero tunc vivere inchoat, cum per mortem carnis hanc visibilem vitam consummat.

Qui etiam longe inferius dicit: *Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia nec sapientia erit apud inferos, quo tu properas* (IX, 10).

Quoniam ergo unus interitus est hominis et iumenti, et una utriusque condicio, quomodo nichil habet homo iumentis amplius, cum iumenta post mortem carnis non vivunt?

Hominum vero spiritus pro malis suis operibus post mortem carnis ad inferos deducti, nec ipsa morte moriuntur; sed una itaque tam dispari sententia demonstrantur, quia concionator verax et illud ex temptatione carnali intulit, et hoc postmodum ex spirituali veritate deffinivit. EXPLICIT PROLOGUS.

Capitulum I. — *Verba Ecclesiastes filii David, regis Israel: Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes. Vanitas vanitatum et omnia vanitas* (I, 1. 2).

Interpretatio. — Rectus namque in discretione ordo servatur, cum prius nosci vanitas et post considerari iniquitas perhibetur. Omnis quippe iniquitas vanitas, sed non omnis vanitas iniquitas esse solet. Vana namque agimus quotiens transitoria cogitamus. Unde et evanescere dicitur quod repente ab intuentium oculis aufertur.

Hinc psalmista ait: *Universa vanitas omnis homo vivens* (Ps. XXXVIII, 6). Quem per hoc vivendo ad interitum tendit, recte quid vanitas dicitur, sed nequaquam etiam iniquitas appellatur. Quia et si de paena est culpa quod deficit, non tamen hoc ipsum culpa est quod vita percurrit. Vana sunt itaque quae transeunt, unde et recte nunc dicitur: *omnia vanitas*. Post vanitatem protinus iniquitas subinfertur, quia dum per quaedam transitoria ducimur, in quibusdam noxiis ligamur.

Cumque mens incommutabilitatis statum non tenet, a semetipsa defluens, ad vitia prorumpit. Vanitate ergo ad iniquitatem labitur, assueta pro rebus mutabilibus; quae dum ex aliis ad alia semper impellitur, suborientibus culpis, inquinatur. Potest tamen et vanitas culpa intelligi, et iniquitatis nomine reatus graves demonstrari. Si enim aliquando vanitas culpa non esset, psalmista non diceret: *Quamquam in imagine Dei ambulet homo, tamen vane conturbabitur* (Ps. XXXVIII, 7). Thesauros dat et ignorat et nescit cui congregat ea (id., 8). Quia quamvis Trinitatis imaginem in natura servemus, vanitatis tamen delectationibus perturbati, in conversatione nostra delinquimus, ut modis nos semper alternantibus cupido concutiat, metus frangat, laetitia mulceat,dolor affligat.

Ex vanitate ergo, ut superius dictum est, ad iniquitatem ducimur, cum prius ad levia delicta defluimus, ut usu cuncta levia ante, nequaquam post committere etiam graviora timeamus. Nam dum moderari lingua otiosa verba negligit, more illicite remissionis capta, ut audax, ad noxia prorumpit. Dum gulae incumbitur, ad levitatis protinus insaniam perducitur. Cunque mens subigere delectationi carius se renuit, plerumque et ad perfidiae voraginem ruit.

Unde bene Paulus plebis israeliticae damna conspiciens, ut imminentia ab auditoribus mala compesceret, curavit ex ordine transacta narrare dicens: *Neque idolatrae effiiciamini sicut quidam, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere* (1. Cor. X, 7). Esus quippe potusque ad lapsum impulit; lusus ad idolatriam traxit. Quia si vanitatis culpa nequaquam caute compescitur, ab iniquitate protinus mens incauta devoratur, ipso Salomone attestante, qui ait: *Qui modica spernit, paulatim* ad maiora *decidet.*

Capitulum II. — *Ad locum de quo exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant* (I, 7).

Interpretatio. — In omne quod faciunt electi Dei, idcirco semper ad laudem creatoris redeunt, ut in ea virtute quam accipiunt, vera stabilitate persistant. Nam si quid sibi tribuerent in hoc quod acceperint, stare non possent. Unde bene etiam nunc dicitur: *Ad locum de quo exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant.* Sive enim in virtutibus seu in doctrina, quid aliud sunt sancti viri, nisi flumina quae terram cordium carnalium aridam rigant? Sed sive in operatione quam faciunt, seu in doctrinae verbum citius siccarentur, nisi per intentionem cordis sollicite semper ad locum de quo exeunt redirent. Si vero introrsus ad cor non redeant, ac sese in amore conditoris desideriorum vinculis non astringant, et manus ab eo quod agebat deficit et lingua ab eo quod loquebatur arescit.

Sed intus semper per amorem redeunt, et hoc quod in publico cooperantes atque loquentes fundunt, in secreto suo de fonte amoris hauriunt. Amando enim discunt, quod docendo proferunt. Ad locum ergo de quo exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant;

quia aquam sapientiae inde semper hauriunt unde oriuntur; cum non vero cucurrerit, exsiccatur.

Per omne ergo quod agimus ad fontem veri luminis sollicita mente redeamus. Reddamus creatori nostro gratias de bonis quae accepimus, eique cum Esaia propheta suppliciter dicamus: *Omnia opera nostra operatus es in nobis* (Isai. XXVI, 12). Bona enim nostra, eius sunt opera, cuius visceribus non sufficit ut nos erigeret, nisi et semetipsum pro nobis inclinaret. Si enim Coaeternus patri, Deus ante saecula, non fieret homo in tempore, quando temporalis homo saperet aeterna? Descensus ergo veritatis, ascensio facta est humilitatis nostrae.

Capitulum III. — *Eo quod in multa sapientia multa sit indignatio, et qui apponit scientiam, apponit dolorem* (I, 18). (Sec. Vetus lat).

Interpretatio. — Ecce caelestia cognoscimur; terrenis animum subdere dedignemur. Et dum plus sapere incipimus, de his quae male agimus nobis ipsis irascimur. Et *fit in multa sapientia multa indignatio,* quia quanto plus proficimus in cognitione, tanto nobis indignamus amplius de perverso opere.

Atque cum scientia dolor crescit, quia quanto magis aeterna cognoscimus, tanto magis nos esse in huius exilii miseria dolemus. Vel sicut in traslatione alia dicitur: *et qui addit scientiam, addit laborem.* Quo enim scire incipimus quae sunt caelestia gaudia, eo magis ut inimicorum nostrorum laqueos possimus evadere, flendo roboramus.

In multa ergo sapientia multa est indignatio. Quia si aeterna iam sapimus, conspicere temporalia dedignemur. Si aeterna iam sapimus, nosmetipsos despicimur egisse hoc quod nos potuit ab aeternatis amore separare. Reprehendit semetipsam conscientia, accusat quod egit, damnat per paenitentiam quod accusat. Fit rixa in animo parturientis pacem cum Deo.

Sic Achab iniquus rex a propheta reprehensus, cum contra se divinam sententiam audiret, pertimuit et magno moerore depressus est; ita, ut prophetae suo Dominus diceret: *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est in mei causam, non inducam malum in diebus eius* (3. Reg. XXI, 29).

In quibus Domini verbis pensandum est, quomodo ergo intelec-

tis, suis moeroribus amaritudinis placeant, qui amittere timent Deum. Si sic ei et in reprobo paenitentia placuit, qui timebat perdere praesens saeculum, quomodo non ei grata sit spontanea afflictio pro culpis in eis qui placent, si haec ad tempus placuit in illo qui displicebat? Sed sciendum est, quia nullus hanc pro amore omnipotentis Domini ex toto corde paenitentiam agere praevalet, nisi is cuius animum Spiritus Sanctus assumpserit. Nam, quamdo homo ex sua virtute sufficiat sibi terrena despicere, caelestia amare, pacem cum Deo quaerere, secum rixam subire, in cogitatione semetipsum reprehendere, et gemitibus punire? Nullus haec agere valet, nisi quem divina gratia roboraverit.

Capitulum IV. — *Oculi sapientis in capite eius; stultus autem in tenebris ambulat* (II, 14).

Interpretatio.—Caput omnium nostrorum Redemptor noster est. Tunc enim in capite oculos habemus, cum vitam Redemptoris tacita cogitatione conspicimus, cum omnis nostra intentio in eius imitatione se erigit, ne si vias lucis aspicere oculus mentis neglexerit, statim in tenebris cadat. *Oculi*, inquit *sapientis in capite eius*, quia videlicet sapiens quisque illum tota intentione considerat, cuius se membrum esse per fidem pensat.

Capitulum V. — *Moritur doctus similiter et indoctus* (II, 16).

Interpretatio. — Quamquam etenim doctus et indoctus in mentis vita divisi sunt, pares sunt tamen culpae merito, qua ad carnis interitum pertrahuntur. Unde et rursum ait: *Concta subiacent vanitati, et omnia pergunt in unum locum; de terra facta sunt, et in terra revertuntur.*

Capitulum VI. — *Tempus mittendi lapides, et tempus colligendi eos* (III, 5).

Interpretatio. — Quid hoc nomine lapidum, nisi electorum numerositas figuratur, ex quibus assidue caeleste aedificium construitur? Et ut hi qui prodesse poterant subtrahantur, ex malitia evenit

remanentium reproborum. Cumque mundi finis appropinquat, electi tolluntur, ne deteriora videant. Hinc enim propheta ait: *Iustus perit, et nemo est qui recogitet, et viri misericordiae colliguntur, quia non est qui intelligat* (Isai. LI, 1).

Hinc rursum scriptum est: *Aperite vineam ut exeant qui conculcant eam* (Jer. L, 26); *tollite de via lapides*. Quo igitur mundi finis urguet, eo necesse est ut a via lapides ad aedificium caeleste colligantur, quatenus Iherusalem nostra in mensuram suae constructionis excrescat, nec tamen ita electos omnes subtrahi credimus, ut soli in mundo perversi remaneant, quia nunquam peccatores ad lamentum paenitentiae redirent, si nulla essent bonorum exempla quae eorum mentem traherent.

## Capitulum VII. — *Tempus tacendi et tempus loquendi* (III 7).

Interpretatio. — Ille namque loqui vaeraciter novit, qui prius bene tacere didicerit. Quasi enim quoddam nutrimentum verbi est censura silentii, ut recte per excrescentem quoque gratiam sermonem accipiat, qui ordinate antea per humilitatem tacet.

Aperte ergo nunc dicitur: *Tempus tacendi et tempus loquendi*. Non enim ait: *tempus loquendi et tempus tacendi*; sed prius tacendi praemittit tempus, et postmodum subdidit loquendi. Quia non loquendo tacere, sed tacendo debemus loqui et dicere. Si ergo Ezechiel propheta sanctus qui missus ad loquendum fuerat, diu prostratus tacuit, ut postmodum recte loqueretur, pensandum nobis est quanta ei culpa sit non tacere quem nulla cogit necessitas loqui.

Qui enim proximorum mala respiciunt, et tamen in silentio linguam premunt, quasi conspectis vulneribus, usum medicaminis subtrahunt. Et eo mortis auctores fiunt, quo virus quo potuerint curari noluerunt. Lingua itaque discrete retrenanda est, non insolubiliter obliganda.

Scriptum namque est: *Sapiens tacebit usque ad tempus* (Eccli. XX, 7); ut nimirum cum oportunum considerat, postposita censura silentii, loquendo quae congruunt in usum se utilitatis impendat. *Tempus*, inquit, *tacendi et tempus loquendi*. Discrete quippe vicissitudinum pensanda sunt tempora, ne aut cum restringi lingua debet per verba

inutiliter defluat; aut cum loqui utiliter potest, semetipsam pigre restringat.

Quod bene psalmista considerans ait: *Pone Domine custodiam ori meo et ostium circumstantiae labiis meis* (Ps. CXL, 33).

Non poni ori suo parietem, sed ostium petiit, quod videlicet aperitur et clauditur. Unde et nobis caute discendum est, quatinus os discretum sit, ut congruo tempore vox aperiatur, et rursum congruo taciturnitas claudatur.

Capitulum VIII.— *Funiculus triplex difficile rumpitur* (IV, 12).

Interpretatio.— Funiculi nomine, aliquando fides exprimitur, sicuti nunc dicitur: *Funiculus triplex difficile rumpitur*. Quia videlicet fides quae de cognitione trinitatis ab ore praedicantium texitur, fortis in electis permanens, in solo reproborum corde dissipatur.

Capitulum IX.— *Omnis labor hominis in ore ipsius, sed anima ipsius non implebitur* (VI, 7).

Interpretatio.— Infidelis populus verba legis in ore tenuit, quae opere servare contempsit. Ubi ergo amplius ardebit, ibi ostendit scire quod facere noluit. Quapropter, bene doctis et negligentibus dicitur: *Omnis labor hominis in ore ipsius; sed anima ipsius non implebitur*. Quia quisquis homo solummodo laborat, ut sciat quod loqui debeat, ab ipsa refectione suae scientiae mente vacua ieiunat.

Capitulum X.— *Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii* (VII, 3).

Interpretatio.— Qui textum considerat, et sensum sacrae locutionis ignorat, non tamen se eruditione instruit quam ambiguitate confundit, quia nonnunquam sibi litterae ac verba contradicunt, sed dum a semetipsis per contrarietatem dissident, lectorem ad intelligentiam veritatis mittunt (V, 7).

Quid est enim quod idem Salomon ait: *Bonum est manducare et bibere* (V, 17); et non longe post subiecit: *Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii?* Cur luctum convivio praetulit, qui prius esum potumque laudavit? Si per electionem bonum est co-

medere et bibere, proculdubio esse melius debet ad domum gaudii, quam ad domum lamenti properare.

Hinc est quod iterum dicit: *Laetare iuvenis in adolescentia tua* XI, 9). Et paulo post subiecit: *Adolescentia enim et voluptas vana sunt* XI, 10). Quid est hoc vel quod prius reprehendenda praecipit, vel post praecepta reprehendit, nisi quod ipsius litterae verbis innuit, ut qui difficultatem exterius patitur veritatis intelligentiam consideret, quam sequatur? Quae nimirum veritatis intelligentia, dum cordis humilítate quaeritur, legendi assiduitate penetratur.

Sicut enim ignotorum hominum facies cernimus, et corda nescimus, sed si familiariter eis locutione coniungimur, usu colloquii eorum etiam cogitationes indagamus, ita cum in sacro eloquio sola historia aspicitur, nichil aliud quam facies videtur. Sed si huic assiduo usu coniungimur, eius nimirum mentem quasi ex collocutionis familiaritate penetramur. Dum enim alia ex aliis colligimus, facile in eius verbis agnoscimus, aliud esse quod intimant. Tanto autem quisque notitiae illius extraneus redditur, quanto in sola eius superficie ligatur.

Capitulum XI.— *Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis* (VII, 4).

Interpretatio—. Sollerter intuendum est quod alia est ira quam impatientiam excitat, alia quam zelus format. Illa enim est vitio, haec est virtute generata. Si enim nulla ira ex virtute surgeret, divinae animadversionis impetum Finees per gladium non placasset. Hanc iram quia vel non habuit motum contra se, implacabiliter zelo supernae ultionis excitabit. Quia quo contra subditorum vitia tepuit, eo contra illum districtio aeterni rectoris exarsit.

De hac per psalmistam dicitur: *Irascimini et nolite peccare* (Ps. IV, 5). Quod nimirum non recte intelligunt, qui irasci nos nobis tantummodo, non etiam proximis delinquentibus volunt. Si enim sic proximos ut nos amare praecipimur, etiam restat, ut sic eorum erratibus sicut nostris vitiis irascamur.

Capitultm XII.— *Cor sapientium, ubi tristitia est; et cor stultorum ubi laetitia* (VII, 5).

Interpretatio.— Haec est amaritudo sapientium, quia dum saepe in alta erecti sunt, nullis hic gaudiis animos decernunt.

Hinc Iacobus dicit: *Miseri estote et lugete et plorate. Risus viri in luctum convertetur, et gaudium in moerorem* (Jacob. IV, 9).

Hinc per semetipsum veritas attestatur dicens: *Beati qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur* (Marth. V, 5). Inveniri ergo sapientia in eorum terra non potest, qui suaviter vivunt. Quia tanto verius stulti sunt, quanto maiora perdentes, in minimis laetantur.

Hinc Petrus eandem pravorum stultitiam reprehendit dicens: *Voluptatem existimantes delitias coinquinationis et maculae* (2. Petri, II, 13).

Hinc idem Salomon ait: *Risum reputavi errorem, et gaudio dixi: Quid frustra deciperis?* (Eccles. II, 2).

Capitulum XIII.— *Melior est patiens arrogante* (VII, 9).

Interpretatio.— Per impatientiae vitium plerumque arrogantiae culpa transfigit, quia dum despici in mundo hoc quisque non patitur, bona, si qua sibi occulta sunt, ostentare conatur, atque sic per impatientiam usque ad arrogantiam ducitur, quia dum ferre despectionem non potest, detegendo semetipsum in ostentatione gloriatur.

Unde nunc scriptum est. *Melior est patiens arrogante*, quia videlicet eligit potius quaelibet mala perpeti, quam per ostentationis vitium bona sua occulta cognosci. At contra eligit arrrogans bona de se vel falsa iactari, ne mala possit vel minima perpeti.

Capitulum XIV.— *Ira in in sinu stulti requiescit* (VII, 10)

Interpretatio. — Tranquillitatem saepe mentis ira diverberat, ac dilaniatam quodam modo scissamque perturbat, ut sibimetipsi non congruat, ac vim intimae similitudinis amittat. Quanta sit iracundiae culpa pensemus, per quam dum mansuetudo amittitur, supernae imaginis similitudo vitiatur. Per iram sapientia perditur, ut quid quove ordine agendum sit, omnino nesciatur; sicut scriptum est: *Ira in sinu stulti requiescit*, quia nimirum intelligentiae lucem subtrahit, cum mente promovendo confundit.

Capitulum XV.— *Cunctis sermonibus qui dicuntur ne accommodes cor tuum, ne forte audias servum tuum maladicentem tibi. Scit enim tua conscientia, quia et tu crebro male dixisti aliis* (VII, 22).

Interpretatio.— Perfectae magnitudinis laus est adversa pati et

exterius fortiter et interius clementer. Nam sunt non nulla, quae in ipsa quoque familiarium conversatione corrigi nequunt. Sine culpa corrigentis inquinant, vel non omni modo haec agentes gravant, quae magna magisterii arte dissimulanda sunt, ipsa quae hac dissimulatione toleranda contra nos illata citius a corde laxamus, cum nostra circa proximos arrata cognoscimus. Dum enim pensamus quales erga alios fuimus, esse circa nos tales alios minus dolemus. Quia aliena iniustitia in nobis vindicat, quod in se iuste nostra conscientia accusat.

Capitulum XVI.— *Cuncta temptavi in sapientia, et dixi, sapiens efficiar, et ipsa longius recessit a me* (VII, 24)

Interpretatio.— Quaesita sapientia longe recedere dicitur, quia appropinquanti altior videtur. Qui vero hanc nequaquam quaerunt, tanto se ei propinquos aestimant, quanto et eius rectitudinis regulam ignorant. Quasi in tenebris mirari lucis claritatem nesciunt, quam nunquam viderunt. Cunque in forma eius pulcritudinis non tenduntur, in semetipsis libenter cotidie deformiores fiunt. Nam quisquis eius radiis tangitur, sua illi manifestius fortitudo monstratur. Et eo verius invenit quantum flectatur in vitio, quo sagatius summa considerans conspici quantum distat a recto.

Capitulum XVII.— *Sunt iusti quibus multa proveniunt quasi opera egerint impiorum, et sunt impii qui ita securi sunt, ac si iustorum facta habeant* (VIII, 14).

Interpretatio.— Hoc nimirum omnipotens Deus inaestimabili pietate dispensat, ut et iustos flagella crucient ne opere extollantur, et iniusti saltem sine paena hanc vitam peragant, quia ad tormenta quae sine fine sunt male agendo festinant.

Capitulum XVIII.— *Omni tempore sint vestimenta tua candida* (IX, 8).

Interpretatio.— Quid vestimenti nomine, nisi hoc terrenum corpus exprimitur quo induta anima tegitur, ne in sublimitate substantiae nuda videatur? Et recte nunc dicitur: *Omni tempore sint vestimenta tua candida*, id est, membra corporis a sordibus actibus munda.

Hinc Isaias dicit: *Vestimentum mixtum sangine, erit in combustione* (Isai. IX, 5). Sanguine quippe vestimentum miscere, est desideriis carnalibus corpus inquinare. Quibus nimirum se pollui psalmista formidaverat cum dicebat: *Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae* (Ps. L, 16,) Hinc voce angeli ad Iohanem dicitur: *Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua* (Apoc. III, 4).

Capitulum XIX.— *Et Deum de capite tuo non deficiet* (id).

Interpretatio.— Quid per caput, nisi id quod principale uniuscuiusque actionis est, mens ipsa signatur? Oleum quippe in capite, est caritas in mente; et de capite oleum deficit, cum caritas a mente discedit.

Capitulum XX.— *Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud inferos, quo tu properas* (IX, 10).

Interpretatio.— Quia fugit omne quod cernitur, et mansura sunt quae sequuntur, tota intentione curandum est, ut cum vaccationis tempus accipimus, bene vivendo studio maiorum ultritia tormenta fugiamus.

Hinc enim scriptum est: *Quaerite Dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est* (Isai. LVI, 6).

Hinc Paulus dicit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (2 Cor. VI, 2). Hinc rursum ait: *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes* (Galat. VI, 10).

Capitulum XXI.—*Muscae morientes perdunt suavitatem unguenti* (X, 1)

Interpretatio.— Musca enim nimis insolens et inquietum animal est. In qua, quid aliud quam insolentes curae desideriorum carnalium designantur? Muscae etenim morientes perdunt suavitatem unguenti, quia cogitationes superfluae, quae assidue in animo carnalia cogitant et nascuntur et deficiunt, eam suavitatem qua unusquisque intrinsecus per spiritum unctus est, perdunt, quia integritate eius perfrui non nituntur. Unde et Egiptus muscis percutitur, quia hi qui vitam terre-

nam diligunt, desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur, turbisque carnalium cogitationum ad una depressa sunt, ut ad quietis intimae desiderium non leventur. Unde cum mira ope pietatis ad cor veritas venit, prius ab eo cogitationum carnalium aestus eicit, et prius in eo virtutum dona disponit.

Capitulum XXII.— *Si ascenderit super te spiritus potestatem habentis, locum tuum ne dimiseris,* et reliqua (X, 4).

Interpretatio.— Ac si aperte dicat: Si temptatoris spiritum contra te in aliquo prevalere consideras, humilitatem paenitentiae non relinquas; sed quare locum nostrum humilitatem paenitentiae dixerit, verbis sequentibus ostendit dicens: *Quia curatio cessare fatiet peccata maxima)* (id. 4). Quid enim est aliud humilitas lamenti, nisi medicina peccati?

Capitulum XXIII.— *Vidi servos in equis et principes ambulantes quasi servos super terram* (X, 7).

Interpretatio.— Equi nomine dignitas temporalis accipitur. *Vidi,* inquit, *servos in equis et principes ambulantes quasi servos super terram.* Omnis quippe qui peccat, servus est peccati. Et servi in equis sunt, cum peccatores presentis vitae dignitatibus efferuntur. Principes vero quasi servi ambulant, cum multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit, sed summa hic adversitas velut indignos deorsum premit.

Unde in alio loco dicitur: *Dormitaverunt qui ascenderunt equos* (Ps. LXXVI, 7), id est, in amore animae, mentis oculos a veritatis luce clauserunt qui in praesentis vitae honore confisi sunt.

Capitulum XXIV.— *Vae tibi terra cuius rex est puer et cuius principes mane comedunt* (X, 16).

Interpretatio.— Rex quippe puer non incongrue dicitur, dum is quippe cura regiminis puerilibus actibus delectatur et a peccati perpetratione nequaquam subtrahitur.

Quod recte Isaias ait: *Puer centum annorum maledictus erit*

(Isai. LXV, 20) [1], id est, vita quidem in longum trahitur, ut a factis puerilibus corrigatur, sed si a peccati perpetratrione nec temporis longuinquitate compescitur, haec ipsa vitae longuinquitas quam per misericordiam accepit, ad cumulum maledictionis crescrit.

Sequitur: *Et cuius principes mane comedunt.* Quia enim mane primum diei tempus est, vepere extremum, nequaquam reficiendi sumus de esuum vitae prosperitate quae provenit, sed his quae in fine diei, id est, in mundi termino subsequuntur. Mane ergo comedunt, qui de huius mundi prosperitatibus extolluntur, et dum praesentia vehementer curant, futura non cogitant.

Capitulum XXV.— *Da partem septem, nec non et octo, quia ignoras, quid mali futurum sit super terram* (XI, 2).

Interpretatio.— Quod per septenarium numerum praesentis vitae universitas designatur, tunc magis ostenditur, cum post eum quoque etiam octonarius subinfertur. Septenarium quippe cum adhuc alius sequitur ex ipso eius augmento exprimitur, quod finienda tempora aeternitate concludantur. Per septenarium quippe numerum hoc quod septem diebus agitur, praesens tempus expressit. Per octonarium vero vitam perpetuam designavit, quam tamen sua nobis Dominus resurrectione patefecit cum Dominico scilicet die resurrectionis resurrexit. Qui dum diem septimum, id est, sabbatum sequitur, a conditione octavus invenitur.

Bene autem dicitur: *Da partem septem nec non et octo, quia ignoras quid mali futurum sit super terram.* Ac si aperte diceretur: Sic dispensa temporalia, ut appetere non obliviscaris aeterna. Oportet namque ut in posterum bene agendo provideas, qui de venturo iudicio quanta tribulatio sequatur ignoras. Hinc est quod quindecim gradibus templum ascenditur, ut ex ipsa eius ascensione discatur, quatenus per septem et octo, et temporalis sollicite dispensetur actio, et provide mansio aeterna requiratur. Hinc est etiam quod dum monas in denarium surgit, centum quinquaginta psalmos propheta cecinit.

---

[1] Isaías no dice *maledictus erit*, sino *morietur*. Probablemente en vez de *puer* debe ser *peccator*.

Propter hunc septenarium numerum temporalia, octonarium vero aeterna signantem, super centum viginti fideles in caenaculo residentes Spiritus Sanctus effussus est.

Per septem quippe et octo quindecim componuntur. Et si ab uno usque ad quindecim numerando paulatim per incrementa consurgimus, usque ad centesimun et vigesimum numerum pervenimus. Qua scilicet effusione Sancti Spiritus didicerit, ut temporalia tolerando transirent, et aeterna inhianter appeterent.

Capitulum XXVI.— *Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem in quoqumque loco ceciderit, ibi erit* (XI, 3).

Interpretatio.— Ligni namque nomine iustus aut etiam iniustus exprimitur, sicut prophetae Dominus dicit: *Ego Dominus humiliavi lignum sublime* (Ezech. XVII, 24) quia iuxta eiusdem veritatis vocem, *omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur*) Matth. XXII, 12). In die etenim mortis suae iustus ad austrum cadit; peccator ad aquilonem; quia et iustus per fervorem spiritus ad audatiam ducitur, et peccator cum apostata angelo, qui dixit: *Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis* (Isai. XIV,13); in frigido suo corde reprobatur. Lignum quippe in quocunque loco ceciderit, sive ad austrum sive ad aquilonem, ibi erit. Quia cum humani casus tempore sive sanctus sive malignus spiritus egredientem animam a claustro carnis acceperit, in aeternum secum sine ulla permutatione retinebit, ut nec exaltata iudicium subeat, nec mersa aeternis suppliciis ultra ad remedium ereptionis accedat.

Capitulum XXVII.— *Qui observat ventum, non seminat, et qui considerat nubes nunquam metit* (XI, 4).

Interpretatio.— Venti nomine malignus spiritus [designatur] qui mentem temptationibus impellit; nubis vero appellatione, peccator exprimitur, qui temptationum impulsu commovetur. Qui ergo attendit ventum non seminat, et qui considerat nubes nunquam metit.

Quia is qui temptationes maligni spiritus metuens, et iniquorum lapsus conspiciens semetipsum desperat, neque nunc exercetur in bono semine operis, neque post reficitur de munere iustae retributionis.

*Qui observat igitur ventum, non seminat et qui considerat nubes nunquam metit.* Ventum procul dubio immundum spiritum; nubes vero subiectos ei homines appellat. Quos totiens huc illucque impellit et revocat, quotiens temptationes eius in eorum cordibus suggestionum flatibus alternant. *Qui igitur ventum observat non seminat: et qui considerat nubes non metit;* quia is qui ante humanae mutabilitatis terrorem trepidat, mercede se aeternae retributionis privat.

Capitulum XXVIII.— *Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus laetus factus, meminisse debet tenebrosi temporis et dierum multorum qui cum venerint, vanitatis arguentur praeteritae* (XI, 8),

Interpretatio.— Cautum se ac sollicite vivere ostendit, qui brevitatem temporis praesentis vitae considerans, non eius usum sed terminum conspicit, ut ex fine colligat nichil esse quod transiens delectat.

Hinc rursum scriptum est: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis* (Eccli. VII, 40). Igitur cum culpa animum temptat, mens necesse est, ut brevitatem suae deiectionis aspiciat, ne ad vicem mortis iniquitas rapiat, cum constet quod ad terminum citius mortalis vita percurrat. Sed saepe oculus contemplationis noster confunditur, dum dolor noster flagellis crebrescentibus aggravatur. Libet praesentis vitae exsilium gemere, sed prae ipsa afflictione mens non valet damna suae caecitatis aestimare.

Capitulum XXIX. — *Florebit amigdalus, impiguabitur locusta, et dissipabitur capparis* (XII, 5).

Interpretatio. — *Amigdalus* quippe flores prius cunctis arboribus ostendit. Et quid in flore amigdali, nisi sanctae Ecclesiae primordia designantur. quae in praedicatoribus suis primitivos virtutum flores aperuit, et ad inferenda poma bonorum operum venturos sanctos quasi arbusta sequentia praevenit? In qua mox *locusta impingauta est*, quia sicca gentilitatis sterilitas pinguedine est gratiae caelestis infusa. *Capparis* dissipatur, quia cum gratiam fidei vocata gentilitas attigit, Iudea in sua sterilitate remanens bene vivendi ordinem amisit.

Capitulum XXX. — *Verva sapientium quasi stimuli, et sicut clavi in altum defixi* (XII, 11).

Interpretatio. — Clavis quippe atque stimulis sapientium verba comparantur, quia culpas delinquentium nesciunt palpare sed pungere.

An Iohannis verba clavi non erant cum dicebat: *Progenies viperorum, quis vobis demostravit fugere ab ira ventura?* (Matth. III, 7). An verba Stephani clavi non erant cum dicebat: *Vos semper Spiritui Sancto resistitis?* (Act. VII, 51). An Pauli verba clavi non erant cum dicebat: *O stulti galathae, quis vos fascinavit non obaedire veritati?* (Gal. III, 1). Et rursum cum Corinthiis diceret: *Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis?* (1 Cor. III, 3).

Capitulum XXXI. — *Tempus nascendi et tempus moriendi* (III, 2).

Interpretatio. — Videtis ergo, dilectissimi fratres, de temporibus dominicae nativitatis et mortis haec fuisse praedicta. Sic autem natum de Virgine debetis accipere, ut non solum illud principale Verbum quod dicitur est, sed et hominem, ut dixi, quem suscepit, quem induit, hunc dominum et hominem natum credamus. Quia quod nascitur, inquit, de carne, carne est, et quod nascitur de spiritu, spiritus est. Passum autem et mortuum et sepultum et resurrexisse non Deum, sed hominem, quia non Deus in homine, sed homo in Deum, resurrexit.

Capitulum XXXII. — *Tempus custodiendi, et tempus expellendi* (III, 6).

Interpretatio. — Fuit itaque tempus quo custodita est a Domino et protecta civitas Ierushalem, quae fuit mater civitatum Iuda, et fuit tempus quo relicta est et expulsa.

Sic enim Isaias praedixit: *Et derelinquetur filia Syon, ut [umbraculum] casa in vinea* (Isai. I, 8). Quando autem relinquitur casa in vinea, nisi cum vindemia consummatur? Sic et consummata vinde-

mia dominicae passionis botrus ille venerabili crucis ligno compressus, novum nobis sanguinis salutare poculum propinavit. Tunc ergo relicta est Ierushalem ut casa in vinea, quia, iam passo Christo, custodes angeli ab ea cum eodem Domino recesserit. Nam sicut culmus in segete non propter se, sed propter spicam a Domino custoditur, colecta autem fruge, stipula in praedatione relinquitur; ita Ierushalem, non propter se principaliter, sed propter [Ierushalem] Christum Dominum nostrum qui ex inde secundum carnem nasci habebat aliquandiu est custodita. Collecto autem frumento, id est, Christi corpore, unde panis vitae caelestis effectus est, tunc desolata et derelicta est Ierushalem, sicut stipula post messem, sicuti post vindemia casa in vinea. Et hoc est quod ait hoc in loco scriptura divina: *Tempus custodiendi, et tempus expellendi* (Sec. Vetus lat.). Fuit enim tempus quo custodiretur, et fuit tempus quo expelleretur.

Capitulum XXXIII. — *Finem loquendi omnis pariter audiamus. Deum time et mandata eius observa; hoc est enim omnis homo* (XII, 13).

Interpretatio. — Concionator verax velut extensa manu omnium tumultus sedat, eosque ad unam sententiam revocans, ait: *Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time et mandata eius observa, hoc est enim omnis homo.* Si enim in libro isto per locutionem suam multorum personas non susciperet, cur ad audiendum loquendi finem secum pariter omnes admonebat? Qui igitur in fine libri dicit, *omnes pariter audiamus*, ipse sibi testis est, quia in se multorum personas suscipiens, quasi solus locutus non est.

EXPLICIT ECCLESIASTES

# DE LIBRO SAPIENTIAE

## INCIPIT PRAEFATIO DE LIBRO SAPIENTIAE

Dominus noster Jhesus Christus in eo quod virtus et sapientia Dei est, de Patre ante tempora natus est: vel potius, quia nec cepit nasci nec desiit, dicamus semper natus. Non autem possumus dicere semper nascitur, ne imperfectus esse videatur. At vero, ut aeternus designari valeat et perfectus, semper dicamus natus; quatenus et natus ad perfectionem pertineat et semper ad aeternitatem, ut quocumque modo illa sit essentia sine tempore, temporali valeat designari sermone; quamvis hoc ipsum quod perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expressione deviamus, quia quod factum non est, non potest dici perfectum. Et tamen infirmitati nostrae [f° 91 *v*] perfectus verus dominus condescendens, ait: *Estote perfecti sicut et pater vester caelestis perfectus est.* In illa itaque nativitate divina, ab humano genere cognosci non poterat. Proinde in humanitatem venit, ut videretur. Videri voluit, ut videretur, quae carnis nativitas despecta visa est sapientibus mundi. Contempserunt namque infirma humanitatis eius, Deo haec indigna iudicantes, cui tanto magis homo debitor fuit, quanto pro illo Deus etiam indigna suscepit. Quia, enim, non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. Ac si diceret: Cum Deum, qui est sapientia, nequaquam per sapientiam suam mundus inveniret, placuit ut Deum, hominem factum, per humanitatis stulta cognosceret, quatinus eius sapientia ad nostra stulta descenderet, et lucem supernae prudentiae nutu suae carnis illuminata nostra caecitas videret. Natus igitur est ex Patre sine tempore, ut per hoc quod ortum suum inter initium finemque concluderet, humanae mentis oculis ortum, qui nec initio consumitur nec fine coangustatur aperiret. — EXPLICIT PRAEFATIO.

Capitulum I. — *Contrarius est operibus nostris... et dissimilis est aliis vita illius* (II, 12-14).

Interpretatio. — Id enim quod de ipso capite, scilicet, Redemptore nostro magnopere dicimus sentiendum, hoc etiam in divinis oraculis de fidelibus eius membris nichil obstat salubriter autumnandum. Electorum namque vitam Dominus pravitati nostrae contrariam ad arguendos nos instruendosque multiplicat, quia cuncta quae agunt, studiis nostrae pravitatis adversa sunt. Unde et Sermo veritatis adversarius vocatur, cum mediatoris voce per Evangelium dicitur: *Esto consentiens adversario tuo cito dum es cum illo in via* (Matth. V, 25). Atque hoc de eodem Redemptore reprobi persequentes dicunt. *Contrarius est operibus nostris.* Et paulo post: *Et dissimilis est aliis vita illius.* Quasi testes suos contra nos instaurat quia bona quae facere ipsi negligimus, haec ad correptionem nostram fieri ab aliis demostrat. Ut qui praeceptis non accendimur, saltem exemplis excitemur, atque appetitu plenitudinis nichil sibi mens nostra difficile aestimet, quod perfecte peragi ab aliis videt. Et fit plerumque ut cum alienae vitae bona conspicimus, nostra sollicitius damna timeamus. Et eo patescat quanto prius pondere animadversionis impedimus quo nunc a bonorum moribus longe discrepamus.

Capitulum II. — *Cum Deus temptavit illos, et invenit illos dignos se tamquam aurum in fornace probavit illos* (III, 5).

Interpretatio. — Temptati sunt quippe electi adversitate plagarum, sed digni inventi sunt nudatione ossium. Nam quia haec eorum illa temptatio est quae ex flagellis adhibetur illic apte declaratur dum sequitur. *Tamquam aurum in fornace probavit illos et quasi holocausti hostiam accepit illos.* Quia, ergo, uniuscuiusque vires non nisi per verbera patefiunt bene per beatum Iob dicitur: *Tabescit caro eius et ossa quae tecta fuerant nudabuntur* (Job. XXXIII, 21). Tabescit enim caro dum omne quod fluxum infirmumque est, flagellis atteritur. Nudantur ossa dum per haec in nobis etiam quod validum est, latet.

Capitulum III.— *Fulgebunt iusti et tanquam scintillae in harundineto discurrent* (III, 7).

Interpretatio.— Per calamum quippe vel harundinem, nitor gloriae temporalis exprimitur sicut de iustis per sapientiam dicitur: Fulgebunt iusti et sicut scintillae in harundineto discurrent. Harundinetum namque vitam saecularium appellat, qui more harundinum per temporalem gloriam foris quasi ad alta proficiunt, sed intus [f° 92 r.] a soliditate veritatis inanescunt. Unde et iudaeorum regnum calamo comparatur, cum per prophetam apparente in veritate carnis Domino dicitur: *Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet* (Isai XLII, 3).

Capitulum IV.— *Erravimus a via veritatis, et sol iustitiae non ortus est nobis* (V, 6).

Interpretatio. — Per solem quippe Dominus figuratur, quoniam et omnes impii in extremis diei iudicii cognita sua damnatione dicturi sunt: Erravimus a via veritatis et lumen iustitiae non luxit nobis et sol non ortus est nobis. Ac si aperte dicant: Interni nobis luminis radius non refulsit.

Capitulum V. — *Pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos* (V, 12).

Interpretatio. — Ecce enim cernimus quod ad correptionem nostram expectatus imber <ab> arenti terra suspenditur, et caligosus aer inardescente sole siccatur. Mare procellis tumescentibus saevit, et alios ad transmeandum suspectos intercipit, aliis desideratum iter ire altum in cumulum unda contradicit. Terra non solum germina fecunditatis inminuit, sed etiam semina accepta consumsit. In quibus nimirum cunctis patenter aspicitur hoc quod nunc de Domino Scriptura testatur dicens: *Et pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos*. Orbis quippe terrarum cum Domino contra insensatos pugnat, quando in paena delinquentium elementorum adversitas militat. Quia ergo, omnia consummanda sunt, ante consummationem omnia perturbantur. Et qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur,

ut impleatur hoc quod promissum est: Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Omnia namque ad usum vitae accepimus, sed ad usum convertimus culpae. Sed cuncta quae ad usum pravitatis infleximus, ad usum nobis vertimus ultionis. Tranquillitatem quippe humanae pacis ad usum vertimus vanae securitatis. At peregrinationem terrae pro habitatione dileximus patriae, salutem corporum redigimus in usum vitiorum. Ubertatis abundantiam non ad necessitatem carnis, sed ad perversitatem intorsimus voluntatis. Ipsa serena blandimenta aeris ad amorem nobis servire cogimus terrenae dilectionis. Iure igitur restat, ut simul nos omnia feriant quae simul omnia vitiis nostris male subacta serviebant, ut quot prius in mundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipsis postmodum cogamur sentire tormenta.

Capitulum VI. — *Potentes potenter tormenta patientur, et fortioribus fortior instat cruciatio* (VI, 7).

Interpretatio.— Mirum est valde quod de futuro supplicio per beatum Iob dicitur: *Verbi nullus ordo*. Neque enim omnipotens Deus qui mala bene punit, inordinata esse nullo modo vel tormenta portabunt, quia ipsa quoque supplicia quae ex lance iustitiae prodeunt, inferri sine ordine nequaquam possunt. Quomodo namque in suppliciis ordo non erit, dum damnatum quemque iuxta modum criminis retributio sequitur ultionis? Hinc quippe scriptum est. *Potentes potenter tormenta patientur et fortioribus fortior instat cruciatio*. Hinc in Babilonis damnatione dicitur: *Quantum exaltavit se et in deliciis fuit, tantum data sunt illi tormenta et luctus* (Apoc. XVIII, 7). Si igitur iuxta modum culpae paena distinguitur, constat nimirum quod in suppliciis ordo servatur. Et nisi tormentorum summa meritorum acta dirimerent, nequaquam iudex veniens dicturum se messoribus esse perhiberet: *Colligite zizaniam et ligate eam per fasciculos ad comburendum* (Matth. XIII, 30). Si enim nullus in suppliciis ordo servabitur, cur comburenda zizania fasciculis ligatur? Sed nimirum fasciculos ad comburendum ligare est hos qui aeterno igni tradendi sunt, pares paribus sociari, et quos similis culpa [f° 92 *v*] inquinat, par etiam paena constringat. Et qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquam dispari tormento crucientur, quatinus simul dam-

natio conterat, quos simul elatio sublevat. Quosque non dissimiliter dilatavit ambitio, non dissimilis angustet afflictio, et par cruciet flamma supplicii quos in igne luxuriae par succendit flamma peccati. Sicut enim in domo Patris mansiones multae sunt (Jo. (XIV, 2) pro diversitate virtutis, sic damnatos diverso supplicio gehennae ignibus subdidit < dis >parilitas criminis. Quae scilicet gehenna quamvis cunctis una sit, non tamen cunctos una eademque aequalitate succendit. Nam sicut uno sole omnes tangimur, nec tamen sub eo uno ordine omnes aestuamur, quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris, sic damnatos et una est gehenna quae afficit, et tamen non una omnes aequalitate comburit, quia quod hic agit dispar valitudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum.

Capitulum VII.— *Sapientia in viis suis ostendit se illis ilariter et in omni providentia occurrit illis* (VI, 17).

Interpretatio.— Si vigilanter exteriora conspicimus, per ipsa eadem ad interiora revocamur. Vestigia quippe Redemptoris nostri sunt mira opera visibilis creaturae. Ipsum namque adhuc videre non possumus, sed iam ad eius visionem tendimus, si eum in his quae fecit miramur. Ergo eius vestigia per creaturam sequi debemus, quia per haec quae ab ipso sunt, sequendo imus ad ipsum. Unde Paulus ait: *Invisibilia eius per ea quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius et divinitas* (Rom. I, 28). Unde scriptum est: *Per magnitudinem autem creaturae et speciem, potest intelligibiliter creator videri* (Sap. XIII, 5). Menti enim nostrae peccato suo exterius velatae necdum Deus qualis sit interius innotescit; sed dum facturae suae decus foris proponit, quasi quibusdam nobis nutibus innuit, et quae intus sequamur ostendit, at miro modo ipsis formis exterioribus nos ad interiora perducit. Innuit immensa ammiratione quod est, mira haec exterius ostendendo quae non est. Hinc enim de sapientia scriptum est: *In viis suis ostendit se illis hilariter, et in omni providentia occurrit illis.* Viae quippe ad Creatorem sunt consideratae creaturae, et dum facta cernimus, potentiam Creatoris miramur.

Capitulum VIII.— *Mihi autem det Deus haec dicere ex sententia* (VII, 5).

Interpretatio. — Sententia quippe a sensu vocata est, et recta

quae intelligit non ex sola scientia sed etiam ex sententia dicere appetit, qui nequaquam appetit tantummodo sciendo dicere, sed sentiendo desiderat experiri quod dicit.

Capitulum IX. — *Est enim in illa spiritus intellectus, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, humanus, stabilis* (VII, 22).

Interpretatio. — Omnis qui accedit ad locum in quo non fuit, eum deserit in quo fuit. Qua igitur ratione discurrere spiritum dicimus, dum cuncta intra ipsum sint, et locus nusquam sit ubi non sit, sicut scriptum est: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum?* (Sap. I, 6). Et tamen cum laus sapientiae scriberetur dictum est: *Est enim in illa spiritus intellectus, sanctus, unicus, multiplex, subtilis;* et paulo post: *humanus, stabilis*, in quibus rursum verbis magna nobis quaestio oritur, cur iste spiritus qui implet omnia simul mobilis et stabilis dicatur. Sed si ad usum consuetudinis humanae recurrimus, sensum citius loquentis invenimus. Homo quippe qui in ea regione in qua est ubique discurrit, procul dubio ubique obviam venit, et repente ubi non creditur invenitur. Omnipotens [f° 93 r] ergo Spiritus ut ubique praesens signatur, simul et mobilis et stabilis dicitur. Stabilis, quia per naturam omnia continet; mobilis autem dicitur, quia ubique etiam nescientibus occurrit. Tenens ergo omnia, stabilis; presentem se omnibus exhibens mobilis appellatur.

Capitulum X. — *Corpus quoa corrumpitur aggravat animam et deprimit terrena habitatione sensum multa cogitantem* (IX, 15).

Interpretatio. — Iustum enim quamvis nullus desideriorum carnalium tumultus possideat, duris tamen vinculis eos in hac vita positos suae molestia corruptionis ligat. *Corpus enim quod corrumpitur aggravat animam et deprimit terrena inhabitatione sensum multa cogitantem.* Et itaque in hoc ipso quo adhuc mortales sunt, corruptionis suae pondere gravantur et a districta molestia vincti sunt, quia in illa adhuc libertate vitae incorruptibilis non insurgunt. Aliud namque de natura aliud de corpore tolerant et semetipsos cotidie interno certamine exudant. An non duro molestiae vinculo ligantur, quorum nimirum sine labore ignorantia non solvitur, et non nisi cum studio laboris

eruditur? Coacta erigitur libens, iacens ab infimis vix levatur et tamen elevata protinus labitur, et semetipsam laboriose eiciendo superna conspicit, sed reverberata lumen quo irradiaverit refugit. An non durae molestiae vinculo ligantur, quos cum accensus spiritus ad sinum pacis intimae pleno desiderio pertrahitur, provenienti certamine caro perturbat? Quae etsi iam ante faciem velut ex adverso acie erecta non obviat, adhuc tamen a mentis dorso quasi captiva submurmurat; et quamvis timendo sed tamen turpi strepitu in corde speciem pulcrae quietis faedat. Electi igitur etsi valenter omnia superant, cum securitatem pacis internae desiderant, gravis est eis molestia adhuc [h]abere quod vincant. Quibus exceptis ea etiam vinculis sustinent quae gravis exterius necessitas astringit. Esurire quippe, stire, lacescere, vincula corruptionis sunt. Quae scilicet simul nequeunt nisi cum illa inmortalitatis gloria nostra mortalitas permutatur. Replemus enim refectionibus corpus, ne extenuatum deficiat. Extenuamus abs<tin>entia, ne nos repletum perimat. Vegetamus in motibus, ne situ inmobilitatis intereat, sed citius hoc collocando sistimus, ne ipsa sua vegetatione subcumbat. Adiumento hoc vestium tegimus, ne frigus interimat, et quaesita vestimenta proicimus, ne calor exurat. Tot igitur diversitatibus occurrentes quid agimus, nisi corruptibilitati servimus, ut saltem multiplicatis impensis obsequiis corpus sustineat, quod ansietas infirmae mutabilitatis gravat? Unde bene per Paulum dicitur: *Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei* (Rom. VIII, 20-21).

Capitulum XI. — *Quae in prospectu sunt invenimus cum labore et quae in caelestibus quis investigabit?* (IX, 16).

Interpretatio. — Quamvis caelesti desiderio homo ferveat, quid de semetipso sit dispositum ignorat et valde metuit ne quid sibi in iudicio obviet, quod desiderio boni fervoris latet. Quasi enim tenebris homo circumdatur quia ignorantiae suae caligine praemitur; a tenebris circundatur is quia *[un blanco]* praeteritorum non meminit, futura non invenit, praesentia vix cognoscit. Tenebris se circumdatum hic sapiens viderat cum dicebat: *Quae in prospectu sunt invenimus cum labore et quae in caelestibus quis investigabit?* Eisdem se te-

nebris propheta circumdatum vidit cum dispositionis intimae penetrare interna non potuit dicens: *Posuit tenebras latibulum suum* (Ps. XVII, 12).

Capitulum XII. — [F° 93 *v*]. *Cum sis iustus iuste omnia disponis, eum quoque qui non debet puniri condemnare*, etc. (XII, 15).

Interpretatio.— Pensandum valde est quomodo iustus sit, et omnia iuste disponat, si eum quem non debet puniri condemnat. Mediator enim noster puniri pro semetipso non debuit, quia nullum culpae contagium perpetravit. Sed si ipse indebita non susciperet, nunquam nos a debita morte liberaret. Pater enim cum iustus sit, iustum puniens omnia iuste disponit, quia per hoc cuncta iustificat, quod eum qui sine peccato est pro peccatoribus damnat, ut eo electa omnia ad culmen iustitiae surgerent, quo is qui est super omnia damna iustitiae nostrae sustineret.

Capitulum XIII.— *Paratum panem de caelo praestitisti sanctis sine labore, omne delectamentum in se habentem et omnis saporis suavitatem* (XVI, 20).

Interpretatio.— Per doctrinam quippe sacri eloquii, dum superbo humilitas tribuitur, timido confidentia praebetur, luxuriosus per castitatis studium ab inmunditia tergitur, avarus per continentiam ab ambitionis aestu temperatur, remissus, zeli rectitudine erigitur, iracundus a precipitationis suae excitatione refrenatur. Universa Deus quasi aquis irrigat, quia vim sui sermonis in singulis iuxta morum diversitatem format, ut in eius eloquio quique inveniatur per quod virtutis necessariae germen ferat. Unde recte per hunc sapientem de mannae dulcedine dicitur: *Paratum panem de caelo praestitisti illis sine labore. Omne delectamentum in se habentem et omnis saporis suavitatem* quod videlicet in ore spiritualium iuxta voluntatem aedentium saporem dedit, quia divinus sermo et omnibus congruens et a semetipso non discrepans secundum qualitatem audientium condescendit. Quem dum electus quisque utiliter iuxta modum suum intelligit, quasi acceptum manna in voluntarium saporem vertit.

Capitulum XIV.— *Cum sit timida nequitia dat testimonium condemnationis* (XVII, 10).

Interpretatio.-— Quia dum de facto suo conscientiam pulsans timor redarguit, ipse sibi testimonium perhibet damnabile esse quod agit. Quod contra per Ihoannem dicitur: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemos apud Deum* (1. Jo. III, 21). Si fugiunt ergo iniqui humanos oculos, semetipsos certe fugere non possunt, quia malum quod faciunt noverunt, habent testem conscientiam, habent iudicem rationem suam. In peccato igitur quod committunt, prius contra se iudicium suae rationis sumunt et post ad districtionem aeterni examinis perducuntur, et hoc est fortasse quod per psalmistam dicitur: *Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum* (Ps. XLI, 8). Quia dum miro ordine dispositionis occultae malum non permittitur nesciri quod agitur, et suo se iam iudicio peccator in conscientia condemnat et post condemnationem propriam ad aeterni iudicis sententiam properat. Abyssum ergo abyssus invocare, est de iudicio ad iudicium pervenire.

EXPLICIT TRACTATUS DE LIBRO SAPIENTIAE

# DE LIBRO ECCLESIASTICI

## INCIPIT PRAEFATIO IN LIBRO ECCLESIASTICI

Qui intentum considerat et sensum sacrae locutionis ignorat, non tam se sua eruditione instruit, quam ambiguitate confundit, quia nonnunquam sibi litterae et verba contradicunt. Sed dum a semet [f° 94 *r*] ipsis per contrarietatem discedunt, lectorem intelligentiam veritatis mittunt. Quae nimirum veritatis intelligentia, cum praecordiorum humilitate quaeritur, legendi assiduitate penetratur. Sicut enim ignotorum hominum facies cernimus et corda nescimus, sed si cum familiari locutione, usu et colloquio eorum etiam cogitationes indagamus, ita cum in sacro eloquio sola historia aspicitur, nichil aliud quam facies videtur, sed si alicui assiduo usu coniungimur, eius nimirum mentem quasi ex collocutionis familiaritate penetramus. Dum enim alia ex aliis colligimus, facile in eius verbis agnoscimus aliud esse quod intimant, aliud quod sonant. Tanto autem quisque notitiae illius extraneus redditur, quanto in sola eius superficie ligatur. Scriptura enim sacra ex his quae tenuiter praemittit reverenter expectanda indicat quod subiungit. Sicut enim vascula clausa quid intus habeant ignoramus, aperto vero ore vasculorum, quid intrinsecus contineatur agnoscimus, ita sacrorum corda quae clauso ore occulta sunt, aperto ore deteguntur. Et cum cogitationes detegunt os aperire feruntur, ut tota mente quasi apertis vasculis quid intus contineant, festinemus agnoscere, ac nosmetipsos eorum intimo ardore excitare. Unde et sublimia praecepta a Domino in monte dicturo praemittitur: *Aperiens os suum dixit* (Matth. V, 2). Quamvis illic et hoc accipi debeat, quia tunc suum os in praeceptis aperuit in quibus dudum aperierat ora prophetarum feliciter.

## INCIPIUNT CAPITULA LIBRI ECCLESIASTICI

I. — Timenti Dominum bene erit in extremis.
II. — Fili accedens ad servitutem Domini, sta in iustitia et timore.
III. — Ve peccatori terram ingredienti duabus viis.
IIII. — Ve eis qui perdiderunt sustinentiam.
V. — Est confusio adducens peccatum et est confusio adducens gloriam.
VI. — Peccavi et quid accidit mihi triste?
VII. — Altissimus enim est patiens.
VIII. — Ne iteres verbum in tua oratione.
VIIII. — In omnibus operibus tuis memorare novissima tua.
X. — Fili ne in multis sint actus tui.
XI. — In die malorum ne inmemor sis bonorum, et in die bonorum ne inmemor sis malorum.
XII. — Non agnoscitur in bonis amicus et non absconditur in malis inimicus.
XIII. — Qui modica spernit, palatim [sic] decidit.
XIIII. — Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit.
XV. — Homo sapiens usque ad tempus tacebit.
XVI. — Peccasti, ne adicias iterum.
XVII. — De stercore boum lapidatus est piger.
XVIII. — Transi hospes et orna mensam.
XVIIII. — Miserere animae tuae parcendo.
XX. — Fili, sine consilio nichil facias et post factum non paenitebit.
XXI. — Multos errare fecerunt somnia, et illusiones vanae.
XXII. — Qui offert sacrificium ex substantia pauperum.
XXIII. — Qui baptizatur a mortuo, et iterum tangit illum.
XXIIII. — Panem tuum vinum tuum super sepulturam iusti constitue.
XXV. — Sapientiam scribe in tempore otii, et qui minoratur actuum ipse percipit eam.
XXVI. — Melior est iniquitas viri quam benefaciens mulier.

## INCIPIT EXPOSITIO DE LIBRO ECCLESIASTICI

Capitulum I. — *Timenti Dominum bene erit in extraneis* (I, 13, 19).

Interpretatio. — Sancti enim viri quia summam medullitatem diligunt, nimis dura patiuntur, sed in fine gaudii lumen inveniunt, quod habere in hoc spacio percurrentis vitae contemnunt. Unde per Sofar dicitur: *Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperum* (Job. XI, 17). Peccatoris enim lumen in die, est obscuritas [f° 94 *v*] in vespere, quia in praesenti vita felicitate attollitur, sed adhuc adversitatis tenebris in fine devoratur. Iusto autem meridianus fulgor ad vesperum surgit, quia quanta sibi claritas maneat, cum iam obcumbere caeperit agnoscit. Hinc namque scriptum est: *Timenti Dominum bene erit in extremis*. Hinc per psalmistam dicitur: *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce haereditas Domini* (Ps. CXXV, 2). Qui in huius quoque vitae adhuc certamine positus, cum se consumptum putaverit, ut lucifer orietur, quia foras cadens intus innovatur, et quo magis exterius adversa tolerat eo uberius virtute luminis interius coruscat, Paulo attestante, qui ait: *Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui < intus est > renovatur de die in diem* (2. Cor. IV, 6).

Capitulum II. — *Fili, accedens ad servitutem Dei sta in iustitia et timore et praepara animam tuam ad temptationem* (II, 1).

Interpretatio. — Quisquis accingi divino servitio properat, quid aliud quam se contra antiqui adversarii certamen parat, ut liber in certamine ictus suscipiat quisquis et sub tirania de captivitate serviebatur? Sed in hoc ipso quod mens contra hostem accingitur alia vitia subigit, sed aliis delectatur aliquando de culpa aliquid, quod tamen non valde noceat sed manere permittatur. Et saepe mens quae adversa multa et fortia superat, unum in se et fortasse minus, quamvis magna intentione invigilet, non expugnat. Quod divina nimirum dispensatione agitur, ne ex omni parte virtutibus splendens in elatione sublevetur, ut dum in se parvum quid reprehensibile videt, sed ta-

men hoc subigere non valet, nequaquam sibi sed victoriam [*sic*] victoriam tribuat, in his quae subigere fortiter valet.

Capitulum III.— *Vae peccatori terram ingredienti duabus viis* (II, 14).

Interpretatio. — Sunt nonnulli qui in bonis quae faciunt simplices non sunt, unde nunc bene dicitur: Vae peccatori terram ingredienti duabus viis. Duabus quippe viis peccator terram ingreditur, quando et Dei est, quod ope[re exhibet et mundi] quod cogitatione quaerit.

Capitulum IV. — *Vae eis qui perdiderunt sustinentiam* (II, 16).

Interpretatio. — Saepe enim dum praesentis vitae brevitas quasi diu perseveratura diligitur, et delectationibus prosperis animus frangitur, et delectatus praesentibus, desperationis suae caligine reverberatur. Cumque longum putat quod ad vivendum sibi spatium restat, repente vitam deserens aeternam invenit, quam vitare iam nequit. Hinc, enim, per hunc sapientem dicitur: *Vae his qui perdiderunt sustinentiam.* Sustinentiam videlicet perdunt qui dum diu se immorari visibilibus aestimant, spem invisibilium derelinquunt. Cumque mens in praesentibus figitur, vita terminatur, et repente ad supplicia improvisa perveniunt, qui decepti suis praesumptionibus aut nunquam se contingere, aut tarde crediderunt; hinc veritas dicit: *Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam* (Matth. XXV, 13). Hinc sursum scriptum est. *Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet* (I Thessal., V, 2).

Capitulum V.— *Est confusio adducens peccatum et est confusio adducens gloriam* (IV, 25).

Interpretatio. — Sicut verecundia laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum, sapientia est. Bonum vero erubescere, fatuitas. Unde scriptum est: *Est confusio adducens peccatum et est confusio adducens gloriam.* Qui enim erubescit paenitendo malum quod facit ad vitae libertatem < pervenit >. Qui vero erubescit bona facere, ab statu rectitudinis cadit, atque ad damnationem tendit sicut per Redemptorem dicitur: *Qui me erubuerit* [f° 95 *r*] *et meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua* (Luc. IX, 26).

Capitulum VI.— *Ne dixeris: Peccavi, et quid accidit mihi triste* (V, 4).

Interpretatio. — Iniquus totiens se in peccatis suis non videri < a Deo > credit quotiens innulte delinquit. Unde nunc dicitur: *Peccavi, et quid accidit mihi triste*? Emendare non vult nequitiam pro qua dignam non pertulit paenam, et quo pie expectatus est eo est ad pecandum nequiter instigatus, et patientiam supernae longanimitatis despiciens, unde corrigere culpam suam debuit, inde cumulavit, sicut per beatum Iob dicitur: *Dedit ei tempus et ille abutitur eo in superbia* (Job, XXIV, 23). Saepe etiam < quia > paena quam meretur, repente non suscipit, < hoc ipsum Deo non aestimat displicere quod facit >. (Texto falto, restituído por el Santo).

Capitulum VII.— *Altissimus enim est patiens redditor* (V, 4).

Interpretatio.— Patiens enim redditor dicitur, quia peccata hominum et patitur et reddit. Nam quos diu ut convertantur tolerat, non conversos durius dampnat.

Capitulum VIII.— *Ne iteres verbum in tua oratione.*

Interpretatio.— Solerter debemus meminisse quod dicitur: *Ne iteres verbum in tua oratione.* Quo videlicet dicto vir sapiens nequaquam nos prohibet saepe veniam petere, sed culpas non iterare. Ac si aperte dicat: Cum male gesta defleveris nequaquam rursum facias quod in precibus iterum plangas. Verbum namque in oratione iterare, est post fletum commitere, quod rursum necesse est flere.

Capitulum IX.— *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in aeternum non peccabis* (VII, 40).

Interpretatio.— Cautum se ac sollicitum vivere ostendit, qui brevitatem praesentis vitae considerans, non eius usum sed terminum conspicit, ut ex fine colligat nichil esse quod transiens delectat. Scriptum quippe est: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in aeternum non peccabis.* Igitur cum culpa animam temptat, mens necesse est ut brevitatem suae dilectionis aspiciat, ne

ad vivacem mortem iniquitas rapiat. Sed saepe oculus contemplationis nostrae confunditur dum dolor noster flagellis crebrescentibus aggravatur. Libet praesentis vitae exilium gemere, sed per ipsam afflictionem mens non valet damna suae caecitatis aestimare.

Capitulum X.— *Filii, ne in multis sint actus tui* (XI, 10).

Interpretatio.—.Quia videlicet nequaquam plene in uniuscuiusque operis ratione colligitur, dum mens per diversa partitur. Cumque foras per insolentem curam trahitur a timoris intimi soliditate vacatur, fitque in exteriorum dispositione sollicita, interiorum solummodo ignara. Scit multa cogitare, sed nesciens. Nam cum plus anima quam necesse est se exterioribus implicat, quasi occupata in itinere obliviscitur quo tendebat, ita ut ab studio suae inquisitionis aliena, a se quidem quae patitur damna considerat et per quanta delinquit ignorat.

Capitulum XI.— *In die bonorum ne inmemor sis malorum, et in die malorum ne inmemor sis bonorum* (XI, 27).

Interpretatio.— Si enim cum bona habemus multorum reminiscimus quae aut iam accepimus, aut adhuc nos posse accipere speramus, malorum pondus animum in desperatione non deprimit, quia hunc ad spem memoria bonorum levat.

Capitllum XII.— *Non agnoscitur in bonis amicus, et non absconditur in malis inimicus* (XII, 8).

Intrpretatio.— Cum quis positus in prosperitate diligitur, incertum valde est utrum prosperitas an persona diligatur. Amissio autem felicitatis interrogat [f° 95 *v*] vim dilectionis. Unde bene hic sapiens dicit: *Non agnoscitur in bonis amicus et non absconditur in malis inimicus*. Nec prosperitas quippe amicum indicat, nec adversitas inimicum celat. Quia et ille suae prosperitatis reverentia tegitur, et iste ex confidentia adversitatis aperitur. Qui ergo in adversitate proximum despicit aperte convincitur, quod hunc in prosperis non amavit.

[Al margen.] Capitulum XIII.— *Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit?* (XIV, 5).

Interpretatio.— Ad exhibendam misericordiam, ut indigentibus plene exterius valeat impendi, duo sibi necessaria congruunt, id est, homo qui praebeat, et res quae praebeatur. Sed longe incomparabiliter melior est homo quam res. Qui itaque indigenti proximo exteriorem substantiam praebet, sed vitam suam a nequitia non custodit, rem suam Deo tribuit, et se peccato. Hoc quod minus est obtulit auctori, et hoc quod maius est servit iniquitati.

[Al margen.] Capitulum XIV.— *Qui modica spernit paulatim decidit* (XIX, 1)

Interpretatio.— Altos quippe gurgites fluminum non parve sed innumere replent gurgites pluviarum. Et hoc agit sentina latenter crescens, quod patenter procella saeviens, et minuta sunt quae erumpunt membratim per scabiem vulnera, sed cum multitudo horum innumerabiliter occupat, sic vitam corporis sicut unum grave inflictum pectori vulnus necat. Hinc videlicet dicitur: *Qui modica spernit paulatim decidit.* Qui enim peccata minima flere ac vitare negligit, ab statu iustitiae non quidem repente, sed partibus totus cadit.

[Al margen.] Capitulum XV. — *Homo sapiens tacebit ad tempus* (XIX, 7).

Interpretatio.— Qui proximorum mala respiciunt, et tamen in silentio linguam praemunt, quasi conspectis vulneribus usum medicaminis subtrahunt, et eo mortis auctores fiunt, quo virus quod poterant curare noluerunt. Lingua itaque discrete refrenanda est, non insolubiliter obliganda. Scriptum namque est. Sapiens tacebit usque ad tempus. Ut nimirum cum oportunum considerat, postposita mensura silentii, loquendo quae congruunt, in usum se utilitatis impendat.

[Al margen.] Capitulum XVI.— *Peccasti? Ne adicias iterum* (XXI, 1).

Interpretatio.— Sunt nonnulli qui non solum nequaquam deflent

quod faciunt, sed etiam laudare et defendere non desistunt. Et nimirum quia defenditur culpa, geminatur. Quod contra recte nunc dicitur: *Peccasti? Ne adicias iterum.* Peccatum quippe peccato adicit, qui male gesta etiam defendit.

[Al margen.] Capitulum XVII.— *De stercore boum lapidatus est piger* (XXII, 2).

Interpretatio.— Gaudia vitae praesentis, quae iniusti aestimant magna bona, iusti stercora deputant. Unde nunc dicitur: *De stercore boum, lapidatus est piger.* Is enim qui Deum sequi noluerit, ab amore aeternae vitae pigrescit. Et quotiens rerum temporalium damno percutitur, ex his nimirum affligitur, quae iusti viri velut stercora contemnunt. Qui ergo ex terrenarum rerum percussione atteritur, quid aliud quam de boum stercore flagellatur?

[Al margen.] Capitulum XVIII. — *Transi, hospes, et orna mensam* (XXIX, 39).

Interpretatio.— Transeundo namque hospes ornare mensam dicitur, quia si ad altare Dei quis positus, per bona opera propriam gloriam quaerit, et in ostentatione sanctitatis eius laus altaris estenditur, et ipse tamen apud Dominum in numero civium non habetur; aliis eius opinio proficit, et tamen a Deo extraneus ipse pertransit. Mensam itaque transeundo decoravit, quia astare ad sacra noluit qui per omne quod agere studuit, ad humanas laudes mente decurrit.

[F° 96 *r.*] Capitulum XIX. — *Miserere animae tuae placens Deo* (XXX, 24).

Interpretatio.— Ille quippe agit quae pia sunt, qui scit prius servare quae iusta sunt, ut collatus in proximis rivus misericordiae ad iustitiae fontem ducatur. Nam multi proximis quasi opera misericordiae impendunt, sed iniustitiae factum non deserunt. Qui si vaeraciter proximis misericordiam facere studerent, sibi ipsis prius debuerant iuste vivendo misereri. Unde nunc scriptum est: *Miserere animae tuae placens Deo.* Qui ergo misereri vult proximo, ad se retrahat neces-

se est originem miserendi. Scriptum namque est: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*. Quomodo ergo miserendo pius est alteri, qui adhuc, iniuste vivendo, fit impius sibimetipsi?

[Al margen.] Capitulum XX. — *Fili, sine consilio nichil facias et post factum non te paenitebit* (XXII, 24).

Interpretatio. — Precipites namque dum bonorum actuum tempus praeveniunt, dum bona minime discernunt, nequaquam quid et quando agant inspiciunt, sed plerumque acta quia ita non debuerant agere cognoscunt. Quibus sub auctoris specie nunc recte dicitur: *Fili, sine consilio nichil facias, et post factum non te paenitebit.*

[Al margen.] Capitulum XXI. — *Multos errare fecerunt somnia et illusiones vanae* (XXXIV, 7).

Interpretatio. — Sciendum magnopere est quod sex modis tangant animam imagines somniorum. I. Aliquando namque ventris plenitudine, vel inanitate. II. Aliquando vero illusione. III. Aliquando cogitatione. IV. Aliquando cogitatione simul et illusione. V. Aliquando revelatione. VI. Aliquando cogitatione simul et revelatione generatur. Sed quae prima diximus, omnes experimento cognoscimus. Subiunctas autem quatuor in Sacrae Scripturae paginis invenimus. Somnia enim nisi plerumque ab occulto hoste per illusionem fierent, nequaquam hoc vir sapiens indicaret dicens: *Multos errare fecerunt somnia et illusiones vanae;* vel certe: *non auguriabimini, nec observabitis somnia* (Lev. XIX, 26). Quibus profecto verbis cuius sint detestationis ostenditur, quia auguriis coniunguntur. Rursum nisi aliquando a cogitatione simul et illusione procederent, Salomon minime dixisset: *Multas curas sequuntur somnia* (Eccle., V, 2). Et nisi aliquando somnia ex mysterio revelationis orirentur, Ioseph praeferendum se fratribus per somnium non videret; nec Mariae sponsum, ut ablato puero, in Aegypto fugeret, per somnium veritas ammoneret. Rursum nisi aliquando somnia cogitatione simul et revelatione procederent, nequaquam Daniel propheta Nabuchodonosor visionem discernens, a radice cogitationis inchoasset dicens: *Tu rex cogitare caepisti in stratu tuo, quid esset futurum post haec, et qui revelat mysteria, ostendit*

*tibi quae ventura sunt.* Et paulo post haec: *Videbas, et ecce quasi statua una grandis; et statua illa magna, statura sublimis, stabat contra te, et caetera* (Dan. II, 29-31). Daniel itaque dum somnium hoc implendum reverenter insinuat, et ex qua ortum sit cogitatione manifestat, patenter ostenditur, quia hoc plerumque ex cogitatione simul et revelatione generetur. Sed nimirum cum somnia tot rerum qualitatibus alternent, [f° 96 *v*] tanto eis credi difficilius <debet quanto et ex quo impulsu veniant, facilius > non elucet. Sancti [1] autem viri inter illusiones atque revelationes, ipsas invisionum voces aut imagines, quodam intimo sapore discernunt, ut sciant vel quid a bono spiritu percipiant, vel quid ab illusore paciantur. Nam si erga haec mens cauta non fuerit, per deceptorem spiritum multis se vanitatitibus immergit, qui nonnunquam solet in multa bona prodi, ut ad extremum valeat animam ex una aliqua falsitate laqueare. Saepe quoque malignus spiritus his quos amore vitae praesentis vigilantes intercipit, prospera etiam dormientibus promittit, et quos formidare adversa considerat, eos durius somnii imaginibus temptat, quatinus indiscretam mentem diversa qualitate afficiat, eamque aut spe sublevans aut deprimens timore confundat. Saepe etiam sanctorum corda conficere somniis nittitur, ut ab intentione cogitationis solidae ad tempus saltem momentumque diriventur, quamvis ipsi protinus animum ab illusionis imaginatione discutiant; sed hostis insidians quo eos vigilantes minime superat, eos dormientes gravius impugnat. Quem tamen hoc maligne agere superna dispensatio benigne permittit, ut in electorum cordibus ipse saltem a passionis praemio somnus non vacet.

Capitulum XXII. — *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui* (XXXIV, 24).

Interpretatio. — Aliud est pro peccatis misericordiam facere, et aliud pro misericordia facienda peccare, quae iam nec misericordia nuncupari potest, quia dulcem fructum non perficit, qui per virus pestiferae radicis amarescit. Hinc est enim quod ipsa etiam sacrifi-

---

[1] Ab hoc verbo usque ab *Saepe quoque* fortassis sunt verba compilatoris.

cia per prophetam Dominus reprobat dicens: *Ego Dominus diligens iudicium, et odio habens rapinam in holocausto* (Isai. LXI, 8). Hinc iterum dicit: *Hostiae impiorum abominabiles quia offeruntur ex scelere* (Prov. XXII, 27). Quia saepe quoque et indigentibus subtrahunt, quod Deo largiuntur, quanta eos animadversione renuat Dominus, demonstrat dicens: *Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Quid namque esse intolerabilius potest, quam mors filii ante oculos patris? Hoc itaque sacrificium quanta ira aspiciatur, ostenditur, quod orbati patris dolori comparatur. Et tamen plerumque quanta tribuant pensant, quanta autem rapiant, considerare dissimulant. Qui quasi mercedem numerant et perpendere culpas rei non pensant.

[Al margen.] Capitulum XXIII. — *Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit illum, quid proficit lavatio eius?* (XXXIV, 30).

Interpretatio — Post lavacrum enim mundus esse negligit, quisquis post lacrimas vitae innocentiam non custodit. Et lavantur et nequaquam mundi sunt, qui post comissa flere non desinunt, sed rursus flenda committunt. Qui baptizatur inquit a mortuo, et iterum tangit illum, quid proficit lavatio eius? Baptizatur quippe a mortuo, qui mundatur fletibus a peccato; sed post [f° 97 r] baptisma mortuum tangit, qui culpam post lacrimas repetit.

[Al margen.] Capitulum XXIV.— *Sapientiam scribae in tempore otii et qui minoratur actu ipse percipiet eam* (XXXVIII, 25).

Interpretatio. — Nullus quippe sapientiam plene recipit, nisi qui se ab omni abstrahere actionum carnalium fluctuatione contendit. Unde nunc dicitur: *Sapientiam scribae in tempore otii, et qui minoratur actu, ipse percipiet eam.* Et rursum: *Vacate et videte, quoniam ego sum Dominus* (Ps. XLV, 11). Sed plerosque antiquorum patrum novimus huius sapientiae intrinsecus tunc tenuisse et curas mundi extrinsecus sollemniter ministrasse. Nunquid perceptione huius sapientiae Ioseph privatum dicimus, qui famis tempore totius Aegypti curam suscipiens, non solum aegyptiis alimenta praebuit, sed vitam quoque exterorum advenientium ministerii sui arte servabit? An is-

tius sapientiae Daniel alienus extitit, quia caldeorum rege in Babilonia princeps magistratum effectus, tanto maioribus curis occupatus est, quanto et sublimiori dignitate in omnibus repletur? Cum igitur constet plerumque etiam bonos non interno studio terrenis curis implicari, patenter agnoscimus, quia sic nonnunquam cives Ierusalem angarias solvunt Babiloniae, impendunt angarias Iurusalem.

Capitulum XXV. — *Melior est iniquitas viri quam benefaciens mulier* (XLII, 14).

Interpretatio. — Vir enim fortis, quilibet et discretus vocatur. Mulier vero mens infirma et indiscreta accipitur; et saepe contingit, ut etiam discretus alius [et infirmus] subito labatur in culpam; atque indiscretus alius et infirmus bonam exhibeat operationem. Sed is qui indiscretus atque infirmus est, nonnunquam de eo quod bene egerit amplius elevatur, atque gravius in culpam cadit. Discretus vero quisque etiam ex eo quod male se egisse intelligit, ad discretionis regulam se arctius reducit. Et inde altius ad iustitiam proficit, unde ad tempus a iustitia cecidisse videbatur. Qua in re recte dicitur: *Melior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier.* Quia nonnunquam etiam culpam fortium occasio virtutis fit. Virtus vero infirmorum, occasio peccati.

Capitulum XXVI. — *In primis eligit eum. Timorem* [al margen] *et metum et probationem induc super illum et cruciabit illum tribulatione doctrinae suae donec temptas illum in cogitationibus illius.*

Interpretatio. — Iusti quippe animam gratia vocat, temptatio interrogat, et omnipotens Deus electorum suorum adversarios temporaliter permittit exercere, ut per multorum saevitiam purgetur vita bonorum. Non nunquam quippe Dominus adversarios bonis esse permitteret, nisi etiam quantum prodessent videret. Nam dum iniustis saeviunt, iusti purgantur, et utilitati innocentium militat vita pravorum, dum hanc et premendo humiliat, et humiliando semper ad melius format.

Capitulum XXVII. *Panem tuum et vinum super sepulturam iusti constitue et noli ex eo manducare et bibere cum peccatoribus* (Tobías, IV, 18).

Interpretatio.— Panem suum et vinum suum peccatoribus praebet, qui iniquis subsidia, pro eo quod iniqui sunt, impendit. Unde et nonnulli mundi huius divites cum fame crucientur Christi pauperes, effusis largitatibus nutriunt histriones. Qui vero indigenti etiam peccatori panem suum [f° 97 *v*] non quia peccator sed homo est tribuit, nimirum non peccatorem sed iustum nutrit. Quia in illo non culpam sed naturam diligit.

Capitulum XXVIII.— *Quid est quod Eleazar in praelio elevatum feriens stravit, cum ipso quem extinxit occubuit?*

Interpretatio.— Quos Eleazar iste significat nisi eos qui vitia superant, sed sub ipsis quae subiciunt superbiendo subcumbunt? Quasi enim sub hoste quem prosternit moritur, qui de culpa quam superat elevatur. Pensandum ergo magnopere est quia bona prodesse nequeunt, si multa quae subripiunt non caventur. Perit omne quod agitur, si non sollicite in humilitate custodiatur.

EXPLICIT LIBER ECCLESIASTICI

# DE AENIGMATIBUS SALOMONIS

# DE LOS ENIGMAS DE SALOMON

Este opusculito goza hoy de un interés y estima, que contrasta con su extensión. En realidad merece todas las atenciones, porque es una buena muestra de lo que podía haber sido la exégesis escrituraria en España, de haber seguido estos derroteros. Porque a la elegancia e ingenio en la disposición, acompaña un criterio eminentemente realista y espiritual y una erudición poco común, que choca con el alegorismo exagerado que dominó desde el siglo V hasta el XVI bien entrado. Es una pequeña joya literaria y un feliz aunque brevísimo ensayo de comentario bíblico.

El opúsculo aparece en varios códices españoles, entre ellos en el *Rotense*, del siglo X, cuyo contenido es todo de autores españoles, San Isidoro, Tajón de Zaragoza, Gregorio de Elvira, San Justo de Urgel. Sigue en orden de antigüedad el *Uclesense*, del siglo XII, emparentado con el *Rotense*, tambiém de contenido exclusivamente español. Las copias que se conservan en la biblioteca Nacional de Madrid acusan originales antiguos, que hoy no existen o no se han podido identificar. En una de ellas se atribuye a Justo, arzobispo de Toledo, no sabemos con qué fundamento, y si esta atribución es del copista o del original.

¿Quién puede ser el autor de este opúsculo? En el códice *Rotense* se halla a continuación del *Cantar de los Cantares* de Justo de Urgel. ¿No pudiera ser éste el verdadero autor? El análisis de su contenido excluye semejante atribución. En él se copian pasajes de San Gregorio Magno y de San Isidoro de Sevilla. Con solo esto queda excluída esta suposición. Por otra parte, en el *Rotense* no se le atribuye a nadie, y lo mismo en el *Uclesense*. ¿Cabe admitir con el códice 156 de la Nacional, que sea su omónimo de Toledo, el arzobispo Justo? Por el tiempo no hay dificultad en ello. Fué obispo este prelado del 633

al 636. Pudo utilizar a San Gregorio y a San Isidoro. Pero hay una dificultad no pequeña en la atribución. San Isidoro no mienta a este padre toledano que tuvo que conocer y tratar. Si escribió algo es totalmente ignorado de este diligente historiador de nuestra literatura eclesiástica. Mas habiendo convivido juntos en la capital visigoda durante el Concilio IV de Toledo, parece imposible no supiera nada de esto, siendo tan diligente escudriñador de escritores de la Iglesia española. Después de esta fecha San Isidoro volvió varias veces a la urbs regia, sin que pudiera averiguar nada. Cosa incomprensible.

San Ildefonso de Toledo, o quien sea el que con su nombre escribió la continuación de los *Varones Ilustres* de San Isidoro, habla concretamente de Justo. Pero lo que escribe de él sobre este particular nos deja completamente desilusionados. Dice así de Justo de Toledo, entre otras cosas:

> Vir ingenio acer et eloquio sufficiens, magna ipse profuturus, nisi hunc ante longaevam vitam dies abstulisset extrema. Scripsit ad Richilanem, Agaliensis Monasterii Patrem, Epistolam debita et sufficienti prosecutione constructam, in qua patenter adstruit susceptum gregem relinquere penitus non debere. Extitit Rector annis tribus.

Ahora bien: si en Toledo y pocos años después de su muerte no se sabía nada del opúsculo citado, realmente no tiene otra explicacación sino que no lo escribió. El mismo citar la Carta susodicha a Rekila, Abad del Monasterio Agaliense, es un indicio más. Desgraciadamente se ha perdido esta carta, cuyo estilo nos hubiera servido de mucho en esta cuestión. Esto se complica además con la nota final del opúsculo en el que se dice que el autor hizo un Comentario al Libro de los Proverbios, al que remite al lector. Un comentario así con toda seguridad que no hubiera pasado inadvertido para sus biógrafos toledanos.

Hay, pues, que descartar la paternidad de este opúsculo de Justo de Toledo, lanzada por Gotthold Heine en su *Bibliotheca Anecdotorum*, y que ha sido recogida por algunos autores como cierta, aunque otros han puesto en interrogante tal atribución. Críticamente es insostenible tal atribución, no contando con más apoyo que el testimonio de la copia manuscrita del Cód. 156 de la Nacional.

¿Quién pudiera entonces ser su autor? Después de lo dicho al ha-

blar de la gran obra exegética de Tajón de Zaragoza, que dejamos consignada, y cuya parte salvada damos aquí por primera vez, quizás la cuestión aparezca más despejada y en vías de una solución cierta.

Fuentes que se utilizan en la composición de este opúsculo. En primer lugar a San Isidoro. En las *Etimologías*, lib. I, c. 37 están calcadas las definiciones de parábola, enigma y alegoría. Concretamente y como una muestra de ello ofrecemos la coincidencia siguiente:

| **De aenigmatibus.** | **Ethymologias, I, 37.** |
|---|---|
| Aenigmata autem sunt profundae quaestiones et intellectus oscuri, quale est illud quod proponit in eisden Porverbiis: *Quis ascendit in caelum et descendit?* | Aenigma est quaestio obscura quae difficile intelligitur nisi aperiatur, ut est illud: *De comedente exivit cibus et de forti egressa est dulcedo*, etc. |

Más literal se muestra con San Gregorio Magno, cosa muy explicable, como adelante diremos. Véanse algunos casos de muestra:

| **De aenigmatibus.** | **Gregor. in Job, n. 33.** |
|---|---|
| *Sapientia aedificavit sibi domum:* Dum ex utero Virginis Christus carnem assumpsit. *Columnas autem septem excidit*, quia septiformis spiritus plenitudinem in se habuit. Secundum autem corpus eius, quod est ecclesia, Sapientia sibi, idest ecclesiam aedificavit. *Quae septem etiam sibi columnas excidit*, quia ab amore saeculi praesentis disjunctas ad portandam dictae eiusdem ecclesiae fabricam, mentes praedicantium erexit; quae pro eo quod perfectionis virtute subnixae sunt per sptenarium numerum designantur. *Inmolavit victima* ..... ... ... .. .. ....designarent. | Sapientia... Cum unigenitus Dei Filius in semetipso intra uterum Virginls... sibi corpus creavit... Quod tamen recte aliter accipitur, si domus sapientiae Ecclesia vocetur. *Quae septem columnas excidit*, quia ab amore praesentis saeculi disiunctas ad portandam eiusdem Ecclesiae fabricam mentes praedicantium erexit. Quae pro eo quod perfectionis subnixae sunt virtute septenario numero designantur. (*Todo igual hasta la palabra* designarent *con que termina este párrafo del Opúsculo*). ... ..... ... ..... ..... ..... ..... designarent. |

Lo mismo dígase del nº 6, *Oculum qui subsannat patrem, etc.*, que está tomado a la letra de San Gregorio, *Morales*. Estos testimonios nos colocan evidentemente en tiempo posterior o contemporáneo a los autores citados.

Pero lo más extraño es que este autor maneja una Colección de *Tractatus* de Gregorio de Elvira más amplia que la que hoy conocemos. Ciertamente utiliza el Tratado *De Salomone*, que publicamos en este mismo volumen y que no cabe la menor duda de su autenticidad. En nuestro opúsculo la parte esta comprende los números 7 al 11, comentario a los versillos 18, 19, 20 y 21 del cap. XXX de los *Proverbios;* versillos que comenta el Eliberritano en su Tratado.

| **De aenigmatibus.** | **De Salomone.** |
|---|---|
| Tria sunt difficilia mihi et quartum quod penitus ignoro. Ubi est illa tua praeclara sapientia Salomon? Conticuisti nec opinari potes ea quae tibi ipsi proponis? | Mirum satis est, d. frs., quod in hoc capitulo sapientissimus hominum Salomon propheta proposuit tria imposibilia esse, quae scire non posset, etc. |
| Sed vere et merito hoc dicis: Omnia enim sua tempora et suos ordines habent. Opportune itaque et maturo tempore venit, qui obscura illustraret, tecta revelaret et rationem veritatis demonstraret, clausa patefaciens illuminaret .. | Sed quia omnia quae in libris divinis prophetarum annuntiatione congesta sunt, suis sunt temporibus reservata, merito Salomon ante adventum Domini nostri Jesu Christi, quid aquila volans, quid... sed adhuc non erat tempus quod de umbra corpus fieret, etc. |
| Aquilam ergo regem alitum dominum et salvatorem nostrum intellegimus, de quo scriptum est: Sicut aquila super alas suas portavit eos et protexit eos. Quis igitur vestigia aquilae huius volantis. i. e., Salvatorem Domini nostri, vel cum venit ad Virginem, ut Verbum caro fieret et habitaret in nobis, vel cum ad inferos descendit, etc.<br>*Nota.*— Aquilam ergo regem alitum dominum et Salvatorem nostrum intelligimus... *Es característico* de Gregorio de Elvira la denominación de *rex alitum*, aplicado al águila. Cfr. *De fide* y *Cant. Canticorum.* | Aquilam in hoc loco Chr. Dominum nostrum debemus accípere qui post venerandam resurrectionem... velut aquila revolavit ad Patrem... Hoc est ergo quod ait: Vestigia aquilae volantis, quia et si post passionem et resurrectionem suam praesentibus apostolis, Dominus noster ascendit in caelum, tamen huius hominis tam altus sensus et tantus est... Quis enim cognoscere potest quemadmodum Verbum in Virginem venerit ut repente conciperet, ut tam felicem foetum partus virginalis efunderet? |
| Et viam colubri super petram. Nulla dubitatio est Corpus Christi petram intellegi oportere, sicut Apostolus ait: *Bi-* | Et via inquit serpentis super petram... Hanc petram Dominum nostrum esse ambigere non debemus. Sic enim Apos- |

*bebant de spiritali consecuenti eos petra; petra autem erat Christus.* Ut ergo non facile apparet via colubri super petram, quia molle et squamosum corpus habet, ita et in Christo, qui est petra, nullum vestigium nequitiae suae, i. e., *nullum peccatum serpens, diabolus, impressit.* Sicut ipse Dominus ait: *Ecce venit princeps huius mundi et nihil invenit in me.*

Et vias viri in adulescentia: Hic noster tricenarius vir vigore fortissimus aetatis... Quis ergo vestigia huius viri agnoscere potuit?... Qua enim via venit ad hominem? Qua ascendit ad Patrem? Qua est venturus judicare vivos et mortuos? Has quippe vias nec propheta comperit...

tolus ait: *Bibebant autem de spiritali secuenti petra; petra autem erat Christus* (*Vulgata*: consequente eos petra) ...Haec est ergo petra, idest, caro Christi *nulla inimici iniquitate respersa*, in qua serpentis, idest, *peccati alicuius vestigium non apparet*, ut scriptum est: *Qui peccatum non fecit...* Et, *ecce venit princeps mundi huius et nihil in me invenit.*

Et vias viri in adulescentia: Vir iste Christus est... Quis enim aestimare possit aut capere, quanta ille opera exercuit,..; quae itinera virtutum duxerit?, in quas vias beneficiorum... fuerit ingressus?... Aut quid postremo descensus ad inferos aut ascensus ad caelum? . . . Hae ergo viae sunt in iuventute, quas non tam deprehendere propheta...

## De aenigmatibus.

Talis est via mulieris adulterae, quae, postquam abluta est, dicit: non sum operata malum. Haec mulier adultera et polluta quae, abluta, dicit se nihil mali agisse, vere et merito hoc dicit, quia scriptum est: *Prostitutae praecedent vos in regno caelorum.* Stupro enim idolatriae anima fuerat violata, dum adhuc gentiliter viveret. Sed *gratia* Dei et *indulgentia* praeventa, detersis turpitudinum sordibus, divino lavacro lota, purificatur, et virgo fit de priore meretricatione peccati, et consecuta remissionem peccatorum, dicit: Se nihil mali egisset.

## Tractatus in SS. Scrip. XII

Magna enim *gratia*, *magna indulgentia* et felicitas Ecclesiae ex gentibus a Christo donata est... Quae quondam fuerat popularis fieret unius Sancti Spiritus coniux pudica. De ceteris etenim *turpitudinum sordibus divino lavacro lota, purificatur, et virgo fit de priore meretrice peccati;* sicut ipse dominus Iudaeis dicebat: *Prostitutae vos praecedent in regno caelorum...*

*Nota.* — El texto: *Prostitutae vos praecedent, etc.*, es exclusivo de Gregorio de Elvira. Sabatier no trae ningún testimonio de los padres latinos ítalos o africanos. La identidad de textos acusa dependencia inequívoca de nuestro opúsculo del *Tratado XII in Sacram Scripturam.*

Este último texto confirma lo que hemos dicho al principio, que el autor de este opúsculo maneja una colección de *Tratados* de Gregorio Eliberritano más completa que la hoy conocida. Ahora bien, como quedó consignado atrás, resulta que en el Comentario que aquí atribuímos a Tajón sobre el *Ecclesiastés*, al final se insertan dos fragmentos de *Tratados* desconocidos de Gregorio Eliberritano; como además utiliza a San Isidoro de Sevilla y a San Gregorio Magno, parece caerse de su peso que el autor de dichos Comentarios y el de este opúsculo debe ser el mismo: esto es, Tajón de Zaragoza.

A esta conclusión lleva también la confrontación de los textos y comentario de este opúsculo y del libro de los *Proverbios* a que alude en la última línea. Sin embargo, no hemos encontrado un argumento decisivo, terminante, que zanje la cuestión. Todos los indicios son de que Tajón es el autor de dicho opúsculo, que puso como remate o apéndice de este libro, así como puso otro al *Ecclesiastes* sobre el capítulo III, comentando más detenidamente el famoso *Omnia tempus habent*, en sus variadas formas.

Quizá extrañe la forma elegante en que está redactado el opúsculo. Pero no es esto obstáculo mayor para ello, puesto que las cartas que se conservan de él están en un latín bastante limado y elegante, y al frente de las *Sentencias* va un pequeño poema de su pluma. Así, pues, mientras no aparezca autor con mejores títulos para adjudicárselo, habrá que añadirlo a la herencia literaria del prelado Cesaraugustano.

La presente edición sale notablemente mejorada sobre la conocida de Gotth. Heine, utilizando cuatro Manuscritos, los hoy conocidos, que nos dan un texto más seguro y esmerado. Para algunas variantes nos hemos servido de las fuentes, esto es, de San Gregorio Magno y Gregorio de Elvira, como se verá por el aparato crítico adjunto.

## SIGLAS

**R** = Códice Rotense, Lérida 2. Siglo X-XI.

**U** = Códice Uclesense, B. N. 77. Siglo XII.

**N** = Códice, B. N. 156. Siglo XVI.

**H** = Códice. B. N. 165. Siglo XVIII.

**g** = Edición de Gotth. Heine, 1848.

# DE AENIGMATIBUS SALOMONIS

1.— Sunt autem in Salomonis carminibus aenigmata multa, sunt et proverbia sive parabolae. Aenigmata, sunt profundae quaestiones et intellectus obscurae, quae non simplici sed allegorico sermone proponuntur. Proverbia, sunt verborum figurae, ut aliud sit in sermone, aliud in re: non enim in eis verba ipsa videntur, sed figurae verborum ipsorum intelliguntur. Parabolae autem dicuntur comparativae similitudines, aliud habentes in medulla, aliud in superficie demonstrantes: non enim hoc sonant quod scriptum est, quomodo etiam in evangeliis edocemur, quod Dominus populo in parabolis et in proverbiis sit locutus, secreto autem apostolis dissolverit ea. Ex quo manifestum est, parabolas Salomonis non, ut simplices arbitrantur, patentia habere praecepta; sed quasi intra nucis [corticem] nucleus et in hirsutis castanearum operculis absconditus fructus inquiritur. Itaque in eis divinus sensus altius perscrutatur, sicut est illud ejusdem, ubi in typo dominicae incarnationis vel de sacrificio immolatae hostiae prophetavit.

Ait enim:

2.— *Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinum, proposuit mensam; misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem et moenia civitatis* (Prov. IX, 1). *Sapientia domum sibi aedificavit*, dum ex utero Mariae Virginis Christus carnem assumpsit. *Columnas autem septem excidit*: quia septiformis spiritus

---

1 Iustus Eps. toletanus, *solummodo in NH, deest in UR.*— 4 sermone] sensu *U.* — 5 sunt *omit R.* — 6 ipsa verba *Hg*; verba ipsa *RUN.* — 9 sonat *Hg*; sonant *RUN*, — 10 in [1] *omit. R.* — 12 patientia *R.* — 13 corticem *omit. RU. est in HN*: nucleos *R.*—14 absconditos *R.*—15 perscrutatur *R.*—16 sacrificio *cods. R omit.* de. — 16 propheta autem ait *R.* — 19 et moenia *RU*; *et ad* moenia *HN*

plenitudinem in se habuit. Secundum corpus autem ejus, quod est Ecclesia, Sapientia domum sibi, id est, Ecclesiam aedificavit. Quae *septem* etiam *sibi columnas excidit*, quia ab amore praesentis seculi disjunctas, ad portandam dictae ejusdem Ecclesiae fabricam, mentes praedicantium erexit. Quae, pro eo quod perfectionis virtute subnixae sunt, per septenarium numerum designantur. *Immolavit victimas*, quia vitam praedicantium mactari in persecutione permisit. *Vinum miscuit*, quia divinitatis et humanitatis suae pariter nobis arcana praedicavit. *Mensam quoque proposuit*, quia scripturae sacrae nobis pabula aperiendo praeparavit. *Ancilllas* etiam *suas misit*, *quae ad arcem nos atque* < *ad* > *moenia civitatis vocarent*, quia apostolos et praedicatores, infirmos abjectosque, habere studuit; qui fideles populos ad spiritualis patriae aedificia colligerent.

3.— Aegnimata autem sunt apud eundem Salomonem profundae quaestiones et intellectus obscuri, quale est illud quod proponit in eisdem Proverbiis, dicens: *Quis ascendit in caelum atque descendit? Quis colligit ventos in sinu? Quis colligit aquas in vestimento? Quis tenet fines terrae? Quod nomen est ejus aut quod nomen filii ejus, si nosti?* (Prov. XXX, 4). Horum duorum quae in extremo commemoravit, unum retulit ad patrem, id est, *quod nomen est ei?* Propter quod dixerat, *Deus docuit me sapientiam;* et alterum, evidenter ad filium, cum ait: *Aut quod nomen est filii ejus?* Propter cetera quae de filio magis intelleguntur. Hoc est: *Quis ascendit in caelum et descendit?* Quod Paulus ita commemorat: *Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos.* Qui colligit ventos in sinu [suo]? i. e. animas credentium in oc-

---

1-2 quod est ecclesia *UNR;* quod ecclesia *Hg.* — 2 sapientia domum sibi, id est, ecclesiam *URN*; sapientia domum sibi aedificavit *Hg.* — 4 disiunctus *R.* — 4 ad potandum *cods.*, *R om.* dictae.—5 quae *HN;* quod *U;* quia *R.*— 6 signantur *UR;* designantur *HN.* y *Gr.*—10 ancillas ... vocaret *omittit Rot.*—12 habere studuit *UR*: studuit habere *HNg.*— 18 est eius *cods.*; *omit. R.*—18 aut *codd.*; autem *R.* —18 nomen est *R*; est *om. ceteri.*—19 quae *HNg.*: qui *R.* — 20 quod nomen estei? *UR:* quod est nomen eius? *HNg.*—20-21 dixerat Deus: docuit. *HNU*: dixerat: Deus docuit *R.* — 21 et *omit. R.* — 23 qui ascendit *RUN*: quod descendit *Hg.*— 23 ascendit *cods.*, ascendit *omit. R.* — 25 colligit ventos *HNU:* Collegit *R.* — 25 sinu [suo] *U: omit.* suo *HNR.*

cultum atque secretum. Quibus dicitur: *Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo* (Colos., III, 3). Qui convertit aquas in vestimento, ut dici possit: *quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis* (Gal., III, 27). Qui tenet fines terrae, quia dixit discipulis suis: *Eritis mihi testes in Jherusalem et in tota Judaea et Samaria, usque in fines terrae* (Act. apost., I, 8).

4.— Item ipse aliam allegoriam per aenigmata commendans de sanguisuga et filiabus ejus exempla proponens, ait: *Sanguisugae duae sunt filiae dicentes: Affer, affer* (Prov., XXX, 15). Sanguisuga vermis est aquatilis, coeno alitur, potantibus insidiatur; cumque illabitur faucibus, adhaerescit, sanguinem sugit, et cum nimio cruore maduerit, evomit quod hausit, ut recentiorem denuo sugat. Sanguisugam igitur hoc in loco impurum et immundum diabolum dicit, qui coeno criminum alitur, et gratiae spiritualis fluenta potantibus insidiatur. Et cum sit tenuis et paene nullus, alieno cruore grandescit. Ab initio haec sanguisuga diabolus fuit, per quem mors introivit in mundum, habens duas filias, cupiditatem et luxuriam, de quibus ei nascitur turba nepotum. Hae enim duae filiae sanguisugae quotidie dicunt: Affer, affer; nunquam enim expletur neque satiatur cupiditatis et luxuriae sitis.

5.— Post haec adjecit et tertium aenigma, dicens: *Tria sunt insatiabilia et quartum quod nunquam dicit: Sufficit. Infernus et amor mulieris; et terra, quae non satiatur aqua; ignis vero nunquam dicit, sufficit* (Prov., XXX, 15). Inferni nomine diabolus significatur, sicut de eo in Apocalypsi dicitur: *Nomen illi Mors et Infernus* (Apoc., VI, 8). Iste, qui secundum Esaiam Prophetam aperit os suum absque ullo termino, quod insatiabilis sit et nunquam animarum deceptione satietur. *Amor mulieris*, concupiscentia carnis est, quae nunquam am-

---

1-2 vestra *RUN*; nostra *Hg.* — 3 in Christo *RU*; Christo *HNg.* — 4 tenuit *NR.* — 4-5 dixit discipulis *HNU*: dixit Deus discipulis *R.* — 5 Hierusalem *R. cods. inver.* — 7 aenigmata *codds.* aenigma *Heine.* — 9 affer (2°) *omit. R.* — 11 et cum nimio *UR*; cumque nimio *HNg.* — 11-12 suggit.., suggat *R.* — 13 in hoc loco *HNg*; hic *U.* — 15-16 cruore corpore grandescit *U.* — 16 haec *Rot.*; hic *HNUg.* — 21 Post haec adjecit *RN*: postea *UHg.* — 27-28 satietur *HNUg*; saturetur *R.*

bitionibus saeculi expletur. *Terra* vero non satiatur aqua, quia sepultos omnes in se suscipit; et tamen morientium populorum multitudine nunquam repletur. Per *aquam* enim in hoc loco populi intelleguntur, qui de vita ad mortem decurrunt. *Ignis* autem, qui nunquam dicit sufficit, Gehenna est, quae nunquam extingitur, sed aeternis semper incendiis pro inimicorum cruciatibus propagatur: nunquam enim nec diabolus occidendo, nec sepultura devorando, nec Gehenna suscipiendo, satiatur.

6.— Deinde sequitur: *Oculum qui subsannat patrem et despicit partum matris suae, effodiant illum corvi de torrentibus et comedant illum filii aquilae* (Prov., XXX, 14). Haeretici namque, dum Domini praecepta despiciunt, subsannant patrem; dum vero sanctae Ecclesiae praedicationis foecunditatem deserunt, despiciunt partum matris suae. Sed eorum oculos effodiunt corvi, quia praedicatores Ecclesiae omnem intentionem illorum visu destruunt. Corvi autem vocantur, quia de gentilitate venerunt, seu quia de justitiae luce nulla elatione superbiunt, sed per humilitatis gratiam peccatorum adhuc in se nigredinem confitentur. Qui tamen de torrentibus venire memorantur, quia contra eos de antiquorum patrum eloquiis surgunt. *Et comedant illum filii aquilae* i. e. intellectu suo eorum intentiones devorent. Illorum quippe sunt filii qui more aquilae, volatu alto, visu acutissimo, superna petierunt.

7.— *Rursum aliud aenigma proposuit dicens: Tria sunt difficilima mihi, et quartum quod penitus ignoro* (Prov., XXX, 18). Ubi est illa tua praeclara sapientia Salomon? Conticuisti, nec opinari potes ea quae tibi ipsi proponis? Sed vere et merito hoc dicis: *Omnia enim sua tempora et suos ordines habent.* Opportuno itaque et maturo tempore veniet, qui obscura illustraret, tecta revelaret, et rationem veritatis de-

---

1 non *omit. R.* — 2 suscipit *RUN*; suspicit *Hg.* — 3 enim *omit. HNg.* — 3 hoc *omit. R.* — 6 pro inimicorum *RUN*; proximorum *Hg.* — 15 visu *scripsi*, visum *codices.* — 16 seu *correxi iuxta textum S. Gregorii Magni*; sed quia *RU*; quia *HNg. fort melius.* — 16 de *omit. R.* — 18 tamen *UR*, tantum *NHg.* — 19 et comedant *RNHg.*; ut *U.* — 20 i. e. *UR*; et *HNg.* — 24 illa *omit. R.* — 25 conticuisti *Hg*; conteristi *RUN.* — 25 potest *R.* — 26 ipse *R.*

monstraret, clausa patefaciens illuminaret. Sed videamus quae sunt quae inspicere et intelligere non potuit: *Vestigia*, inquit, *aquilae volantis, vias serpentis super petram, semitas navis navigantis et vias viri in juventute*. Aquilam ergo, regem alitum, Dominum et Salvatorem nostrum intellegimus, de quo scriptum est: *Sicut aquila super alas suas portavit eos et protexit eos* (Deut., XXXII, 11). Quis igitur vestigia aquilae hujus volantis i. e. Salvatoris et Domini nostri vel cum venit ad Virgine ut Verbum caro fieret et habitaret in nobis, vel cum ad inferna descendit ut Patriarcharum animas liberaret, vel cum tertia die victor ab infernis exurgeret, vel cum rursus ad Patrem ascenderet, potuit intelligere aut videre? Nam si apostoli ascendentem eum in caelum viderunt, vestigia tamen ejus minime denotaverunt; et ideo ait: *Vestigia hujus aquilae videri et agnosci et sciri non posse*.

8.— Et adjecit: *Et viam colubris super petram:* Nulla dubitatio est corpus Christi petram intelligi oportere, sicut Apostolus ait: *Bibebant de spirituali consecuente eos petra, petra autem erat Christus* (I Cor., X, 4). Ut ergo non facile apparet viam colubri super petram, quia molle et squamosum corpus habet; ita et in Christo, qui est petra, nullum vestigium nequitiae suae, i. e. nullum peccatum serpens, diabolus, impressit; sicut ipse Dominus ait: *Ecce venit princeps huius mundi et nihil invenit in me* (Io., XIV, 30). Quod enim ex concupiscentia carnis non erat, omni culpa carebat.

9.— Deinde adjecit: *Et semitas navis navigantis;* nam navim in medio mari nondum Salomon noverat, nondum viderat. Legerat quidem arcam ligneam compositam supernatantem naufragium diluvii evasisse. Ecclesiae tamen navim, quae corpus est Christi, inter

---

3 vias *UR*; viam *HNg*. — 3 petram *U*; terram *HNR* (cfr. infra). — 4 alitum *U*; altum *HNR*. — 6 igitur *HNUg;* ergo *R*. — 7 hujus *HNUg*; eius *R*. — 7 Salvatoris nostri Domini *HUNg;* Salvatoris nostri et Domini *R*; *sic etiam in Greg. Eliberritano*. — 10 infernis *HUR*; inferis *N*. — 12 et ideo *UNR*; ideo *Hg*. — 13 scire *R*. — 14 nulla dubitatio est *NUR*; nulli dubitandum est *Hg*. — 17 apparet *HNU*; appareret *R*. — 17 super petram *HNU*; sup. terram *R*. — 17 quia *omit. R*. — 20-21 huius mundi *U*; huius, *om. ceteri. codd.*— 21 nichil in me invenit *R*. — 23 nam *HNUg*; Iam *R*. — 26 Aecclesiae *R*.

freta mundi, inter scopulos haereticorum et sparsa gentium saxa navigantem non viderat. Cum autem excitarentur invidiae, procellae et tentationum vertigo rotarent, et turbinis saevientis persecutionis non sine discrimine tempestas exsurgeret, provehentibus tamen ventis, tutos occupat paradisi portus. Hujus ergo navis vestigia, i. e. Ecclesiae, quae corpus est Christi, vel semitas, nullus invenire potuit, nisi solus ille qui eam construxit.

10.— Et adjecit: *Et viam viri in adolescentia non intelligo.* Hic noster tricenarius vir vigore fortissimae aetatis, qui virtutum vias composuit et ostendit, hic est invictus juvenis qui diabolum vicit. Quis ergo vestigia hujus viri agnoscere potuit, cujus *a summo caelo egressio ejus et usque ad summum caeli regressio illius?* (Ps. XVIII, 7). Qua enim via venit ad hominem? Qua ascendit ad Patrem? Qua est venturus judicare vivos et mortuos? Has quippe vias, nec propheta comperit, nec mundus vidit, nec potestas ulla cognovit.

11.— *Talis*, inquit, *est via mulieris adulterae, quae postquam abluta est, dicit: non sum operata malum* (Prov. XXX, 4). Hic quibusdam videtur discrepare, sed unum idemque est. Nam haec mulier adultera et polluta, quae abluta dicit se nihil mali egisse, vere et merito hoc dicit, quia scriptum est: *Prostitutae praecedent vos in regno caelorum.* Stupro enim idolatriae anima fuerat violata, dum adhuc gentiliter viveret; sed gratia Dei et indulgentia praeventa, detersis turpitudinum sordibus, divino lavacro lota, purificatur; et virgo fit de priore meretricatione peccati; et consecuta remissionem peccatorum, dicit: *Se nihil mali egisse.* Et vere et confidenter dicit, quia nulli nimae imputatur delictum quod ante lavacrum commisisse cognoscitur.

---

1 scopulos *NUR*; populos *Hg.* — 3 vertigo *NUR*; vestigio *Hg.* — 3 turbines *R*; turbinis *ceteri codd.* — 5 totos occupat paradisi portus *R*; apertam occupat paradisi portam *HNg*; apertum occupat paradisi portum *U*, 2ª mano. — 5 ergo *HUN*; igitur *R.* — 10 vicit diabolum *R.* — 13 qua ascendit *conieci*; qui ascendit *codices.* — 13 qua est v. *conieci*; qui *codices.* — 17 hic *codices*; hoc *R.*— 18 idemque *U*; idemquae *R*; idem *HNg.* — 18 nam et m. *R*; nam haec m. *U*; nam mulier *HNg.* — 21 idolatriae *codices*, idololatriae *g.* — 21 anima *URN*; animo *Hg.* — 23 virgo fuit *Hg.* — 25 et vere *URN*; sed vere *Hg.*

